

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: [digibib.ub@uni-rostock.de](mailto:digibib.ub@uni-rostock.de) .

Das PDF wurde erstellt am: 28.09.2024, 18:26 Uhr.


---

Johann Cothmann August Varenius

## **Disputatio Theologica Inauguralis De Universalitate meriti mortis Jesu Christi**

Rostochii: Kilius, MDCXLVIII.

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189919004X>

Druck Freier  Zugang



DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS

De

Vniversalitate meriti mortis  
**JESU CHRISTI**

Quam

Ex decreto venerandæ Facultatis The-  
ologicæ in antiquissimâ & florentissimâ  
Rosarum Academiâ

MODERATORE

**SALVATORE MUNDI**

SUB PRÆSIDIO

**DN. JOHANNIS COTHMANNI,**

S. S. Theol. D. & Profess. celeberrimi, & p. r.

Facult. Theolog. Spectabilis

DECANI

*Pro impetrandis summis in Theologiâ honoribus  
& privilegiis*

**M. AUGUSTUS VARENIUS,**

Lunæburgensis. S. S. Hebræorum Linguæ in

Univerf. Rost. Professor ordinarius

*Ad diem 28. Martij horis ante 6 pomeridianis in*

*Auditorio magno, Doctorum examini  
submitter.*

—o—

**ROSTOCHII,**

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

**ANNO M. DC. XLVIII,**

1648



UNIVERSITÄT ROSTOCK  
BIBLIOTHEK

Q64-1824

Mecklenburgische  
Landesbibliothek  
Schwerin

MAUGESTUS VARESIUS  
Petrus Varesius  
Petrus Varesius  
Petrus Varesius

Landesbibliothek  
Schwerin  
K 6



**D**E satisfactionis & meriti mortis **JESU CHRISTI**, quam circa presens tempus meditatatur Ecclesia Catholica, universalitate, dicturū, primū omnium, quos hic habituri sumus Antagonistas, dispiciendum fuerit. Equidem meritam mortis Christi implicite negarunt, damnati in V I. priorum seculorum concilio Oecumenicū Hæresarchæ, quin damnatus in Milevitana Africa & Araustiana II. Gallie Synodū, suffragantibus maxime Innocentio & Zosimo Ecclesie Romanae episcopi, Pelagius, dum naturæ per lapsum insignem depravationem, hominis in statu ante lapsum immortalitatem, naturalem liberi arbitrii in præstandis ad salutem necessariis, inpossibilitatem negavit, sustulit è medio, uti gratia specialis & interne: ita satisfactionis quoque & meriti mortis **JESU CHRISTI** necessitatem, divinamque virtutem: qua hæreticorum cadavera in unū Socinianorum immundo contactu omnia Theologiae capita sedantium castris, reviviscens, convenerunt ad deforme conciliū.

S. 2. *Contra hos ergo dispiciendum Theologo:* An detur in Deo Justitia retributiva eaq; vindicatrix, quæ ipsa in ordine ad punitionem simplicem fuerit satisfactionis *εὐθυμενία*, ita ut per hujus rigorem non liceat relaxare pœnalem sanctionem, citra omnem meriti compensationem: an Satisfactio ante decretum Dei ut libera, in ipso decreto ut magis congrua, post decretum ut necessaria considerari debeat? an in ratione formali dicat illa vicariam pœnarum perfolutionem, cum destructione τῆς κατ' ἡμῶν χειροζεῶσε: an sequatur satisfactionem criminalem an civilem, salva tamen proportionis & attributionis quam vocant, eminentis analogia. Sed & hic Socinianorum limites tangunt Pontificii & cum illis Scholastici, quos contra porro dispiciendum fuerit, utrum satisfactio **JESU CHRISTI** ex se infinitam obtineat dignitatem, ita ut sit satisfactio ex condigno, an verò unice id dependeat ex Dei decreto: item: an directe tam pro pœna, ut loquuntur, quam pro culpa facta sit hæc satisfactio vicaria, ita ut Christus morte sua perfecte solverit κατὰ τὴν ἀμερτίαν καὶ τὴν

ἐλάσσην ἢ an pro sola culpa, ita ut pro poenâ temporariâ post culpam remissam luendis necessaria sit humana satisfactio, de qua Bellarm. lib. 1. de poen. c. 2. Pontificii, inquit, satisfactionem non ad ipsa peccata actualia delenda referunt, nisi fortè per modum dispositionis: sed ad poenas temporales, quas divina sapientia remanere voluit remissa per sacramentum poenitentiae culpa actuali: Et tamen poenam illam, qua luenda restat post culpam remissionem, ipsam statuit poenam Gehennae, demerenda poena damni & aeternitatis, operibus satisfactoriis, oratione jejunio & elemosyna expiandam: hinc thesaurus indulgentiarum, quas Summi Pontifices ex paterna lenitate & condescensione in filios suos, compatientes eorum infirmitati, certis temporibus & non sine iustâ aliqua & rationabili causa concedere solent. Hec, inquam, omnia & singula, una cum figmento τῆς πικραδραχμῆς, quod similiter non sine iustâ aliqua & rationabili causa conservatur sub regno tenebrarum, in satisfactionem & sanctissimam JESU CHRISTI mortem injuria, a praesentis controversiae statu separamus.

S. 3. Sicut autem Sociniani satisfactionis JESU CHRISTI actum: ita Calviniani Objectum potissimum impugnant: non minus autem hi, quam illi, satisfactionis JESU CHRISTI formam: potissimum dico & directè objectum satisfactionis, quod nos statuimus totum genus humanum, in quantum id poenae obnoxium propter peccatum: illi: non nisi Electos: impugnant; consequenter & indirectè ipsum quoque actum, adeoque totam satisfactionis JESU CHRISTI formam: positâ enim Allœosi Nestorio-Calvinianâ, ruit sua sponte satisfactio ex condigno, nec manet dignitas, nisi ex absoluto Dei pacto vel decreto: porro: positâ, in signo rationis, particularis electionis ante instans decreti de CHRISTO in mediatorem destinando prioritate; vel verbo: positâ praedestinatione ante meritum, excluditur CHRISTI satisfactio ex decreto salvandorum, tollitur electionis fundamentum, & sic quoque κενώσω τὴν ἡμῶν εὐεργεσίαν, quod verbo monuisse nunc sufficiat, qui non tam de satisfactionis JESU CHRISTI actu & veritate; quam illâ suppositâ, de Objecti Universalitate discussionem paramus, quod ut fiat, paulò altius res ordiendâ fuerit.

S. 4. Non poterat altius ascendere rigorosum absolutæ salvationis & reprobationis decretum, quo statuebatur absque originalis & vincibilis contumaciae intuitu maximam generis humani partem à Deo reprobata & creatam esse ad aeternum & lamentabile exitium, ceteros verò sine intuitu-

intuitu fidei electos esse ad immortalem gloriam: hos nec ullis peccatis gratia totaliter excidere, nec posse non credere: illos nec salvari, nec cum vocantur, verè credere posse: *excitati igitur in medio Reformatoꝝ ab Arminio Arminiani, ab Arminiano quodam Doctore, & nisi salimur, Episcopo remonstrante, vel uti apparet ex Actis Dordr. à libello supplice seu Remonstrantia de prædestinatione & annexis capitibus, Ordinibus Belgii exhibitas, Remonstrantes dicti, qui ferreas illas Parcaru tabulas ex Ecclesia expuncturi magnâ vi contra defenderunt: Deum non nisi finaliter fideles ad salutem elegisse: infideles solos reprobasse, pro omnibus Christum mortuum, omnibus vocatis sufficientem gratiam dari ad credendum: fidelibus verò etiam singulare finalis in fide perseverantiæ robur subministrari, & tamen fieri posse, ut fideles propria sua & vincibili culpa, rursus excidant gratia.*

§. 5. *Hæc super s. articulos sc. de Prædestinatione, de morte CHRISTI, de gratiæ in hominis conversione, operationibus: de modo operationis gratiæ non irresistibili, de perseverantia finali, ut ut qua cetera a fidei capita, e. c. de CHRISTI personâ, de communicatione Idiomatum, de Cœna Domini, de Baptismo, & Ceremonialia Contra Remonstrantibus consoni, nec tamen ab omnibus erroneis hypothesebus planè liberi, defenderunt Remonstrantes, qui paulò post turbulentissimas Belgii synodos, in famosâ illa nationali synodo Dordraci, anno hujus seculi 18. & 19. celebrata, non argumentorum, uti apparet, ponderibus; sed suffragiorum auctoritatibus turbati, silentioq; pariter & exilio mulctati, verum se expertos dicunt monitum Parei in Iren. p. 34. Se nemini autorem fore, ut ad concilium accedat, ubi eisdem habeat adversarios & iudices vid. Acta synodi p. 1. p. 383. Sed hæc & alia Albana savissæ damnata exempla Remonstrantium multos à sociu excommunicatos, inediaq; molestiâ & mendicitatis infamiâ notatos, nec à nostru receptos, ad Socinianorum, aliorumq; hereticorum castra in quibusdam non obscure transire fecerunt.*

§. 6. *Quod autem contra Remonstr. de pristino rigore occasione Synodi Dordracenæ usq; aded multum in re ipsa remisserint, jure suo dubitare quâ poterat. Etenim I. ut ut qui Synodum Dordracenam antecesserunt Doctores Reformatoꝝ, æternum Dei decretum de nonnullis, quos visum est, per misericordiam servandis, & nonnullis justo iudicio perdendis, ultra non modo corruptionis, sed & creationu propositum ordine causarum elevarint, à quo discessisse videri poterant Contra Remonstr. Sess. 136. quin P. Molinæ*

*neus in Anat. Arminianismo sententiam Synodi accessit à lapsu Adami, suaeque  
 sententiae robur ponit in illo: Deum non teneri ad restituendum homini id,  
 quod propria culpa in Adamo amisit: non immeritè tamen suspecta Remon-  
 strantibus fuit illa Synodi Molinæ. declaratio, ut constat vel ex solo An-  
 tidoto paulò post edito: Sed & dum peccatum originale ibid. pæ-  
 na à Deo Iudice homini inflicta esse à Contra-Remonstr. dicitur, non-  
 dum dubitatio tollitur. 2. illa sententia probata est Synodo Dordracena,  
 qua contradictoria fuit Remonstrantium sententia: ac hæc est ipsa horrida  
 Calvinii, Bezae, aliorumque ante Dordracenorum sententia: uti constat ex  
 s. Remonstr. articulis e. c. art. 1. Deus non decrevit quenquam ad vitam  
 æternam eligere, aut ab eadem reprobare, ordine prius, quam eundem  
 creare decreverit, citra ullius obedientiæ s. inobedienciæ anteceden-  
 tis incuitum pro beneplacito suo, ad demonstrandam gloriam misericordiæ  
 & justitiæ suæ, vel potestati & dominii absoluti: item: Deus non ordinavit  
 lapsum, non subtraxit Adamo gratiam necessariam & sufficientem: non  
 decrevit sine intervenientibus peccatis actualibus multò maximam par-  
 tem hominum ab omni salutis spe seclusam in lapsu relinquere: vid. jam  
 antithesis Synod. Dordr. in jud. exter. p. 405. item 828. &c. Accedit quod  
 ipsas horridas Antecessorum locutiones, & abominandâ Dd. quorundam cir-  
 ca prædestinationem eiq. annexos articulos, quibus pro genuina Ecclesiarum  
 Reformatarum sententia non habendû primariò & ex professo sese oppone-  
 bant Remonstrantes, placita, plurimi defenderint, & potioribus Synodi usa  
 fragiis illa non omittenda: sed retinenda conclusum fuerit: quæ quidem  
 infauusta litium seges quamdiu extabit, nunquam deerit contentionum  
 materia. Deniq. quamdiu statuitur in electionis negotio Dei voluntas ab-  
 soluta s. inconditionata, tamdiu absoluta statuitur aliorum reprobatio,  
 particulari & necessitanti gratiæ determinatio, qua ratione & universali-  
 bus Scripturæ promissionibus egregiè illuditur. & utrumque tam electionis:  
 quam horridum reprobationis absolutæ decretum, si rem ipsam paulò altius  
 examinare voluerimus, in aequali fere rigore defendi videbimus.*

*S. 7. Non desunt equidem inter ipsos Reformatos, qui ad nostram Or-  
 thodoxorum quam proximè accedunt sententiam, quos vel notos vel magno  
 numero ab aliis allegatos hic non producimus: sed id quicquid certum est i. plu-  
 rimos dum formalium s. terminorum quorundam rigorem improbant,  
 materialium s. rei ipsius absurditatem minimè tollere: sic sunt qui explica-  
 tionem promissionum universalium e. c. Deus vult omnes salvari, de gene-  
 ribus*

ribus singulorum, tanquam ineptam, & in resolutione absurdam vehementer improbant: at illi ipsi, dum hic distinguunt inter *doctrinam* & *dogmatum* & *dogmatum* vix mutant mentem Calvinianam. 2. à doctrinam unius vel alterius privati ad publicam Ecclesiarum doctrinam firmiter non licet argumentari. 3. utq; adeo horrida est Calvinianorum de absoluta maximæ partis generis humani præteritione doctrina, ut nisi veri coloribus purpurissata, vix quenquam in sui venerationem possit convertere: quod proinde ut obrineant, Pandoram hanc formant, & Isidem simulantes, plurimos necopinantes occultatâ sub orthodoxâ linguâ, mente heterodoxa, inescant faciliores more ἐπιδοδαγμα λούπτων. Sic ipse, cujus nobis hæresin affingunt, dum à naturali voluntatû, indifferente, & ad utrumq; flexibili motu & inclinatio-  
ne totum hominis spiritualis statum nos arcessere criminantur, Pelagius, cujus maximus erat oppugnator, ejusdem vehementissimum non raro simulabat defensorem, gratia: Anathemo, ait in professione Pelagius, qui vel sentit, vel dicit, gratiam Dei, quâ Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, non solum per singulas horas, aut per singula momenta: Sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam, & qui hanc conantur auferre, poenas sortiantur æternas. Quicquid hæc audit, verba sunt maximi August. c. 2. l. 1. de Gratia Christi & pecc. originis; & sensum ejus ignorat, omnino hoc eum putat sentire, quod veritas habet: quisquis autem, quicquid in eâ apertius dicit, advertit, debet habere etiam ista verba suspecta. Idem Pelagius; qui alicubi damnavit eos, qui dicunt gratiam Dei vel secundum merita nostra dari, vel adjutorium gratia non ad singulos actus dari: sed in libero arbitrio esse, vel in Lege atq; Doctrinâ, alibi tria ponit, quibus divina mandata impleri dicit possibilitatem, voluntatem, actionem, primam datam consistet a creatore naturæ, nec esse in nostrâ potestate, quin illam nobis etiam nolentibus inesse dicit: cætera duo planè à solâ & liberâ voluntate arcessit, ac si non indigeant adjutorio gratia, quam non nisi primam illam possibilitatem statuit adjuvare: primo loco, verba sunt pelagij l. 3. pro lib. arbitr. Posse statuimus: secundo Velle: tertio esse. Posse in naturâ: Velle in arbitrio: esse in effectu locamus: primum ad Deum propriè pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit: duo verò reliqua h. e. esse & velle ad hominem referenda sunt, quia de liberi arbitrii fonte descendunt, & ita, verba sunt Aug. latere se putat, cum aliis atq; aliis locutionibus verat significationem legû atq; Doctrinae. Sic igitur hæc quoq; allegata superius Augustini verba, nostra faciamus.



S. 8. Facile id videre licet tam in aliis post Dordrac. scriptis, tam vel in  
 uniu. Bergii Irenico, cui titulus Unterscheid und Vergleichung der Evan-  
 gelischen: quoniam non sanctè juraret Orthodoxa hic & Synodo Dordracena con-  
 tradictoria esse plurima, maximè illa, quæ in predestinationis docet articulo;  
 ubi absolutam reprobationem negat: Gott kan und wil niemand auß  
 blossen freyen Willen und Wolgefallen: sondern allein umb ihrer Un-  
 busfertigkeit Willen von der ewigen Seeligkeit außschliessen. Sic gratiæ  
 & promissionum universalitatem, seriam Dei in salvandis omnibus ho-  
 minibus voluntatem, & plurima alia Synodo Dordracena, uti apparet,  
 contraria vehementer asserit: Sed num exinde iudicandum de doctrina Re-  
 formatarum Ecclesiarum? id verò vetat ipsa Synodus Dordracena, quæ per  
 nomen Domini obtestatur, ut de Ecclesiarum Reformatarum fide non  
 ex privatis veterum ac recentiorum Dd. dictis: Sed ex publicis ipsa-  
 rum Ecclesiarum Confessionibus, & ex ipsius Synodi decretis unanimi  
 omnium & singulorum consensu firmatis iudicemus. At num verè &  
 orthodoxa mente ita statuit Bergius? minimè. Etenim dum distinguit more  
 Dordracenorum inter præteritionem s. non electionem: & decretam à sa-  
 lute & regno cælesti exclusionem: hanc asserens conditionatam: illam, cum  
 Synodo Dordracena, purè absolutam: item dum geminam ponit gratiam  
 unam determinantem, quam infallibiliter & infrustrabiliter sequitur ipse  
 actus credendi: alteram non determinantem, quam sequatur non nisi  
 potentia credendi sine traductione in actum, dum inquam, illam ex absolu-  
 ta Dei voluntate dari solùm electis: hanc quibusdã reprobis affirmat, nempe  
 daß Gott aus seinem purlautern freyen Willen und Wolgefallen ehtliche  
 Menschen zu der Gnade nicht erwehlet/ oder verordnet habe/ dadurch sie  
 in der That/ gewiß und unfehlbahrlieh gläuben wurden/ planè in abso-  
 luto Dei beneplacito causam non electionis plurimorum ponit. Si enim  
 Deus ex absoluto beneplacito quosdam non elegit ad gratiam actualis fi-  
 dei, illi quoque ipso actu propter non electionem, credere nunquam potuerunt  
 & per consequens illa non electio, actualis reprobis incredulitas: &  
 consequenter eterne damnationis causa, fuerit: quod male assertum male  
 atibi ex illo: & ἐξ ἠδούατο πιστεύει Job. 12. 39. probavit Bergius.

S. 9. Superest videre quam sit sententia Reformatarum circa ar-  
 tuam satisfactionis & meriti J. CHRISTI in via Objecti articulum. De  
 mente Ante Dordracenorum dubium nullum est. Fatentur sc. passionem  
 ac mortem J. CHRISTI tanti esse pretii ac tantæ virtutis, ut sufficiens esse  
 potue-

potuerit, in se, ad omnes & singulos homines cum Deo reconciliandos: & hactenus convenimus: ut & in illo: vim mortis J. CHRISTI in respectu ad actualem, & universaliter ipso actu salutare aeterna vita gloriam, non extendere sese ad hominum Universitatem. Controversatur autem: An ex singulari consilio & voluntate Dei vis illa passionis & mortis J. CHRISTI (etiã quoad dona gratiæ in hac vita) sese non exerat nisi ad solos Electos, an ad homines omnes & singulos? ubi prius affirmant Reformati. quin alius egrediuntur Ante Dordraceni, & CHRISTUM nullo modo pro reprobis i. e. pro maximâ generis humani parte mortuum esse, nec sufficienter, nec efficaciter, nec quoad Consilium Dei, nec quoad effectum audacter asserunt: quibus proinde intolerabilis est phrasis illa sociorum: CHRISTUS mortuus est pro omnium hominum peccatis sufficienter: idq; durè admodum, ambigè & barbàre dici putant, quos inter eminet Beza, hoc uno, quod, servidè licet, candidè tamen & apertè sententiam dicas, anteferendus cæteris.

§. 10. De ipsis Dordraceni, an hic ab horridâ & blasphemâ Beza & supra-Dordracenorum sententiâ, discesserint, lubet videre: quod omnium optimè constabit ex collatione utriusq; partiù sententiæ in articulo. 2. Remonstrantium de universali merito, sententiâ anno hujus seculi 18. d. Decembr. 16. Dordracenæ Synodo oblata hac fuerat. 1. Pretium redemptionis JESU CHRISTI non tantum in se & per se toti generi humano redimendo sufficiens: sed etiã pro omnibus & singulis hominibus ex decreto, voluntate & gratia Dei Patris persolutum, neminemq; absoluto aliquo & antecedente Dei decreto, à fructuum mortis CHRISTI participatione exclusam esse. 2. CHRISTUM suæ mortis merito universum genus humanum Deo patri ita reconciliavisse, ut cum damnationi obnoxius hominibus novum gratiæ fœdus sancire & per misericordiam voluerit, & per justitiam vindicatricem potuerit. 3. Non obstante autem universali CHRISTI merito & novi fœderis pacto, nec beneficia mortis CHRISTI participari, nec peccata remitti, nisi per fidem. Hac omnia hactenus orthodoxè docuerunt Remonstrantes.

§. II. Nostrum jam fuerit discutere, ecquod fuerit iudicium Contra Remonstrantium circa præsens negotium: Sententiâ, dicunt, Remonstrantium de secundo articulo est falla, pietati noxia, Dei justitiæ injuria, ac talis, quæ paradoxis salutis nostræ mediocumq; salutarium dispensationem penitus subvertentibus, adeoq; ex Ecclesia CHRISTI exterminandis

mandis, quanta quanta est, superstruitur: unde patet contradictoriam, superiorum Theſum, probari Reformatis Dordracenſibus, quam proinde in iſta ipſa Synodo diſerta verbis proponunt: Fuit hoc Dei patris liberrimum conſilium, & gratioſiſſima voluntas atq; intentio, ut mortis pretioſiſſimæ filii ſui vivifica & ſalvifica efficacia ſeſe exereret in omnibus electis, ad eos ſolos fide juſtificante donandos, & per eam in ſalutem inſalubiliter perducendos in decr. Syn. c. 2. §. 8. p. 325. hoc eſt voluit Deus, ut Chriſtus per ſanguinem crucis ex omni populo, tribu, gente & lingua eos omnes & ſolos qui ab æterno ad ſalutem Electi & à patre ipſi dati ſunt, efficaciter redimeret, &c. item in jud. extr. Negamus, Chriſtum dono ſ. vice hominum nunquam convertendorum ita mortem ſuſtinuiſſe, ut eorum victima fuerit, ſive ſacerdos & propitiatio: it. p. 659 Chriſtus ex intentione, conſilio & decreto Patris pro ſolis electis eſt mortuus. Idem Bergius, cui falſum: Das Chriſtus auch für die Ungläubigen/ Unbußfertigen und Verdammten gnug gethan: idem cæteri Reformati.

§. 12. Nec quicquam verò hic declinare poſſunt à rigore antecellorum: poſito enim decreto de cujuſq; hominis tum ſalute tum exitio, tanquam finis abſolutè intenti & gratià particulari, meritum etiam Chriſti quoad efficaciam particulare ſtatuitur, & non niſi media neceſſitantia, ſeu finem deſtinatum tam electorum tum reproborum efficaciter atq; inevitabiliter operantia eidem ſubordinantur: ut mirari ſubeat, religionis inter Reformatos & Lutheranos unitatem, conſenſum in articulis fidei fundamentalem, controverſiam non niſi ceremonialem ab adverſa parte toties prædicari & noſtris Eccleſiis, illorum Judicio, tam falſas, tam blaſphemias, tam juſtitia divina contrarias, doctrinas propugnantibus, ab illis concordia fraternitatisq; dexteram, & Remonſtrantibus in ſ. ſaltem articuli aliud ſentientibus æterno ipſorum periculo & horum exitio denegatam unionis teſſeram offerri.

§. 13. Atq; ita præcognita tum ante - tum poſt Dordracenorum ſententia, ſponte ſua pandit ſe ſtatim controverſia: ſcilicet 1. non quaeritur de meriti CHRISTI ad totum genus humanum redimendum ſufficientia: nec 2. de actuali i. e. ipſis reprobus actu ſalvatori, meriti CHRISTI in ordine ad vitam æternam efficientiã: ſed 3. de reali meriti CHRISTI ex ſerivã intentione Dei, reſpectu omnium hominum, etiam reproborum, quoad dona gratia in hac vita, efficaciã, ita ut effectum impetrationis gratia *Μετ' ης καταλλαγής* ſit plenaria: ſed conditionata omnes ſalvandi & voluntas & potentia, adeoq; quaeritur.

AN

An pretium mortis ac sacrificii JESU CHRISTI non tantum in se, intrinsecè, ex condigno, & ex intentione DEI patris Filium tradentis & Christi seipsum offerentis sufficientissimum omnibus hominibus redimendis pretium fuerit: sed sufficienter etiam pro omnibus & singulis peccatoribus in gratiæ statum restituendis ex serio ac gratioso Dei patris proposito ac decreto oblatum fuerit? Id à Reformatis negatur: à nobis affirmatur: & proinde Materiale objecti satisfactionis s. meriti à nobis statuitur totum genus humanum s. omnes omnino homines, qui unquam fuerunt, sunt & erunt, non minus illi, qui ante CHRISTUM vixere, quàm qui postea, non minus Cain, Pharao, Judas reprobatis; quam Moses, Petrus, Paulus salvati.

§. 14. Commendamus hic (constante enim simplicitate credenda) simpliciter illa loca, quæ expressè docent CHRISTUM pro omnibus esse mortuum, CHRISTUM esse propitiationem pro totius mundi peccatis, imo: mortuum illum esse pro iis, qui perire possunt, & reipsa pereunt, qui licet ab illo sint empti & sanguine ejus sanctificati, suâ tamen culpa sibi æternum exitium accersunt, tantò terribiliori supplicio damnandi. Hæc, inquam, sine argutiis Dialecticis, quæ procul abesse debebant à disputationibus Theologicis, simpliciter commendamus, adeoq; provocamus *οὗτος τὸ νέφθον μαρτύρων*, & loca sequentia I. Tim. 2. v. 4, 5, 6. I. Joh. 2, 2 Rom. 14, 16. I. Cor. 8, 11. Hebr. 10, 29. Argumentum ex locis illis formamus tale: Qui ex universali Dei voluntate & ineffabili misericordia, qua omnes homines salvari & ad agnitionem veritatis pervenire desiderat, seipsum dedit pretium Redemptionis pro omnibus, factus propitiatio non pro credentium salsum; sed totius mundi peccatis, ita ut mortuus sit pro ipsis etiam pereuntibus, καὶ τὸν ἀπογεννῶντα αὐτὸς δεωόντων ἀβnegantibus, ἰ

verè, sufficienter, & efficaciter ex intentione & consilio Dei patrù pro omnibus hominibus mortuus est. Atq; CHRISTUS &c. E.

§. 15. Notetur denuo locus I. Tim. 2. v. 4. 5. sc. Universalitatem voluntatis salvandi conjungit cum Universalitate meriti, per nexum causalem necessarium: necessariò enim, uti gratiæ & voluntatis particularitas, meriti, quâ fructû particularitatem, ita illius universalitas, hujus, in ordine ad objecti materiale, universalitatè infert: καὶ ταῦτα μὴ ἀντισρέφεται; sed vel maximè notetur Apostolica illatio, quæ evidens est in textu: scilicet universalis est adhortatoria propositio: ποιῆσαι δεήσεις ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, vel uti Syrus: כלך כלך בני נשׁו: jubet e. verè & serio orare pro omnibus hominibus, & vel maximè ὑπὲρ βασιλέων, pro ipsis (infidelibus eo tempore) Regibus & Magistratibus: ratio additur universalis sc. quia Deus serio vult πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, utiq; pro omnibus hominibus δεῖ ποιῆσαι δεήσεις: antecedentis ratio non minus universalis proximè subjungitur sc. ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, estq; hujus manifesta illatio, & illius ὑπὲρ πάντων in propositione, cum illo, quod est in hac secundariâ ratione, collatio, quæ singulari incedit emphasi apud Syrum כלך כלך בני נשׁו sc. ita fluit Trias Apostolicarum propositionum 1. כר נשׁא ישוע משיחא מצעיא 1. ראלהא ורכנינשׁא יחב נפשה פורקנא חלף כל אנשי: i. e. ὁ ἀνθρώπων ἰησοῦς μεσίτης ἂν θεῶ καὶ ἀνθρώπων ἔδωκεν ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων 2. חו אלחא מכונינשׁא צבא חו: רכלהו בני נשׁו נוחו ונהפנון לירעתה דשררה: i. e. ὁ σωτὴρ ἡμῶν θεὸς θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔλθειν 3. תהוא מקרב לאלחא בעותא: וצלחת ותחננתא חלף ותודיתא חלף כלך בני נשׁו: sc. δεῖ ποιῆσαι δεήσεις &c. ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων: quæ propositiones ita se habent, ut prima causalitatem secundæ, secunda tertiæ inferat, per Characterè causalis copulæ: nec hic non agnoscunt illustrem in scripturis, & usurpata maximè in specificatione objecti satisfactionis Christi, vim particula ἀντι & ὑπὲρ in constructione cum casu generandi (cui plane responderet חלף Syri: חלף Chaldæi: חלף Hebrei ut 2. Sam. 18. 33.) non sufficientiam saltem: sed & efficientiam ex consilio & intentione, involventis: quæ proinde tam late pateat, quam additum universale objectum:

ctum : ne tamen hoc agnoscant , & illustrem resolutionem , & divinam  
trium propositionum connexionem dissolventes , triplicatam universalem  
particulam distributivè , non collectivè ( quanquam id ne quidem ,  
Logicè hic dicatur ) accipiendam clamitant . Contra : *aut universalis particu-  
la , supponit pro indefinità tantum in geminà ratione , aut præter illam in  
prima quoque propositione . Si prius , perit ratio , s. Apostolica illatio , quæ pro-  
cederet à particulari ad universale . Si posterius peris omniū certitudo & si-  
ducia in precante .* A genere enim ad speciem , à specie item ad indivi-  
duum hoc vel illud , non proceditur legitimè : uti patet ex Calvinianâ ha-  
rum propositionum resolutione . Rectè Chamier . tom. 3. de prædest. ad  
h. l. *jubet Paulus orare non pro singulorum generibus : sed pro singulû gene-  
rum . Argumento sunt Reges & πάντες οἱ ἐν ὑπερσῆ e. c. pro Nerone tum ,  
cum hac Apostolus scriberet : non est verò bona ratio : Orate pro Nerone ,  
quia Deus vult aliquos imperatores servari : quandoquidem enim æqui-  
pollens particulari indefinita propositio , omnia & singula individua  
non includit , suppositâ illa Reformatorum analysi in propositione , non  
constare poterat de veritate , sed & identitate objecti precationis in pro-  
positione , cum objecto τῆς σωτηρίας καὶ τῶ ἀντιλύτρων in ratione ,  
quod tamen nomine πάντων ἀνθρώπων & omnium filiorum hominû  
ter signanter exprimitur à Spiritu S. & redditur à Syro .*

§. 16. Obijcitur judiciû Charitatis . Resp. id ex hypothesi & in conceptu  
Calviniani formantis necessariò & notoriè unâ parte falsum est : versatur  
enim in evidentèr contradictoriis , quæ excludunt judiciurn charitatis  
quod 2. locum non habet , nec per veritatem primi principii s. repugnan-  
tiam metaphysicam locum habere potest , in illis quæ sunt de certâ fide ,  
in quâ 3. supponitur certitudo & latitudo fundamenti , quale hic ponit  
Apostolus voluntatem omnes salvandi , & ἀντιλύτρον JESU CHRISTI .  
Obijcitur reduplicativa resolutio : Resp. idem Chamier , illam esse ine-  
ptam & puerilem : *Quid enim infantius , quam si dicas . Deus non vult ali-  
quos perire eorum , qui servantur : non vult mortem peccatoris , quem vult  
servari : Orate pro Nerone , quia Deus vult servandos servari : sed & illam :  
Deus vult omnes homines servari i. e. Nemo eorum , qui servantur , sal-  
vari potest nisi per Dei voluntatem &c. ineptissimam esse constat ex  
analyseos Logicæ principii . Favere visus est Reformat. expositioni  
Augustinus lib. de præd. sanctorum cap. 8. lib. 6. & qui eum sectantur  
Fulgentius & Beda : quin exemplum est Augustini , tritum illud de*

Literarum Magistro, quod vid. l. i. ad Prosp. & Hilar. sed quis non videt in applicatione illius resolutionis ad has propositiones Apostolicas nullam fore aptā rerum consecutionem, nullum nexum? & præterea stupidum & bårdum necesse fuisset Timotheum, si monendus fuisset ab Apostolo: neminem salutem consecuturum, nisi quem Deus velit. Hinc ipse, cum minus huic analysi consideret Augustinus, de universitate generum s. populorum & gentium interpretatus est Apostoli locū lib. de corr. & gr. c. 14. Sed quomodo conveniet hæc resolutio loco alteri 1. Pet. 2. c. 3. Deus non vult ullos perire: Sed omnes ad pœnitentiam reverti? Et quid si pelagianus, id quod dicitur Rom. 5. omnes in Adamo peccasse, non de singulis generum: sed generibus tantum hominum interpretandum dicat (fecisse autem id pelagium vid. §. 26.) annon detrimentū fidei inferet illa resolutio? Discamus e. hinc ita patres venerari, ut non negemus, eos sæpè gravitèr hallucinari. Calvinianis Augustini autoritatem (quem tamen, universalem omnes homines salvandi voluntatem beneplaciti, statuisse, apertissimè satis constare putamus ex scriptis ejus) toties nobis in hoc negotio obiicientibus, idem respondeamus quod Augustinus Pelagio Ambrosij autoritatem vehementer extolenti & Augustino obiicienti l. i. de gratia: Ecce, qualibus & quantis prædicat laudibus, quamlibet sanctum & Doctum Virum, nequaquam tamen autoritati scripturæ Canonicæ comparandū: quem propterea sic iste (Pelagius) commendat, quia videtur sibi in quodam loco librorum ejus eo teste uti, quo probet hominem esse posse sine peccato. Addatur ad præsentem locū Prosper, antiquissim⁹ interpretantis Augustini ad Obj. Vinc. c. 2. Sincerissimè credendum atq; profitendum est: Deum velle, ut omnes homines salvi fiant: si quidem Apostolus, cujus ista est sententia, sollicitissimè præcipit quod in omnib. Ecclesiis piissimè custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur, ex quibus quod multi pereant, pereuntium est meritum: quod multi salvantur, salvantis est donum: ut enim reus damnetur inculpabilis est Dei justitia: ut autem reus justificetur, ineffabilis Dei est gratia. sed & illud addimus: Augustinum nec illam interpretationem pro unicè certā habuisse, nec nostram orthodoxam sustulisse: addit enim; vel si quo alio modo intelligi possunt illa verba Apostoli Ep. 107. ad Vital.

§. 17. Obijcit Amesius in h. l. quanquam id maximè feriat Remonstrantes: *A voluntate Dei circa salutem omnium ad redemptionem omnium admodum*

admodum obscuram esse & incertam consequentiam Resp. 1. nec verò hic ex voluntate Dei circa salutem omnium hominũ ad redemptionem omnium: sed contra ex universalitate Redemptionis, universalitatẽ voluntatis omnes homines salvandi, infert Apostolus, 2. in re ipsa autem consequentiam hic esse reciprocã & Apostolicã. Excipit idem: *redemptionem Universalem vel inferri ex affectu salvandi, antecedente merita Christi: vel ex plenaria voluntate Dei jam reconciliati: non prius: nam 1. affectus ille salvandi respectu miserie poterat consistere cum odio respectu lapsus & justitiæ. 2. Affectus salvandi non supponit ἀπίγνωσιν τῆς ἀληθείας τῆς σωτηρίας: at id facit illud velle salutis quod notatur ab Apostolo. 3. Affectus ille fertur etiam in illos, pro quibus non est precandum. Non posterius, nam 1. voluntas illa plenaria est conditionalis; at illa de qua agit Apostolus est absoluta, qua Deus absolute vult homines ad agnitionem veritatis perducere. Resp. Affectus ille idem quid est cum plenaria illa voluntate, nec distinguitur nisi intercedentis, in signo rationis, justitiæ decreti, relatione, & hic magis explicitã conditione, cum ibi esset purus actus misericordiæ: tam igitur ex illo, quam hac inferre licebit meritum universale: etenim 1. ad affectus ille, quã talis, pro objecto habebat hominis ut jam lapsi & condemnati statum miserabilem, quã talem: justitia lapsum culpabilem & pœnalem satisfactionem: utraque temperata satisfactionem JESU CHRISTI vicariam & salutarem. 2. Affectus ille salvandi omnino ordinem includit: plenaria autem, quã vocant, voluntas, hunc ordinem dicit, verèq; jam supponit salutiferæ veritatis agnitionem, tanquam conditionem. 3. Affectus ille non fertur in illos, quatenus pro illis non est precandum, i. e. quatenus obdurati suã culpã sunt finaliter resistentes ἀντιλέγοντες, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον βλασφημοῦντες. 4. Quæ verò consequentia: DEUS vult omnes homines salvari. E. id absolutè vult & sine ordine? quare igitur subjungitur proximè ἡ ἀπίγνωσις ἀληθείας, & ἀντίληψον ὑπὲρ πάντων.*

§. 18. Objicit idem A me sius: *Officium orandi pro hoc aut illo non pendere ex certa cognitione intentionis sed præscriptionis Dei ac Christi* Resp. igitur aliud planè Deus intendit, aliud præscribit: intendit salutem paucorum: præscribit omnium. Annon illa præscriptio e. c. Deus vult omnes homines salvari, est ipsa Dei intentio? Objic. intentionem illam esse signi non beneplaciti Resp. Illa voluntas signi non est abstrahenda ab omni actione voluntatis beneplaciti, quorsum enim id, cum persuadere velit Apostolus:



stolus : pro omnibus orandum esse. Invertimus igitur ita : quoniam officium precum pendet ex certa cognitione præscriptionis Dei, proinde pendebit quoque idem ex certa cognitione intentionis omnes salvandi & redimendi. *Pergit idem : Non potuisse Apostolum præcipere officium precum collectivè.* quomodo autem non? *quia nos omnes & singuli salvantur.* Resp. id est terminos illationis Apostolicæ transilire, in quibus officium precum universale non *ex universali salvandi actu* : sed *voluntate & antecedente Dei intentione omnes salvandi* probatur, hæc negatâ, illud quoque negatur : positâ ponitur : non item *in actu.* 2. Ex hypothese Reformatorum, illi qui salvantur, salvantur ex absoluto & immutabili Dei decreto, qui proinde non indigent precum beneficio : eadem ratio non salvandorum, pro quibus similiter, adeoq; pro omnibus hominibus, ex hypothese Reformatorum, frustraneum & malè imperatum fuerit precum officium.

§. 19. Objeccerant Remonstrantes in Synod. Dordr. *Majori ratione concludi posse pro nullis orandum, quia Deus non tantum quos vult : sed plerosque servare non vult : Reprobos autem ut majorem partem rectius dicit omnes homines, quàm Electos :* ad id respondet Amesius : argutiam istam non minus absurdam esse, quam si quis diceret nullis peste laborantibus medicinam esse faciendam, quia plurimi (ex absolutâ Medici voluntate & Mediorum virtute) non sanantur, potius quàm omnibus, quia multi ex omni genere (soli electi) servantur. Sed aut nos omnia fallunt, aut hæ ipsæ absurdæ sunt argutiæ Amesianæ, quæ non habent nisi *επιπρόλαιον ένδοξον φαντασίας.* Pergit idem : *Si omnes homines Deo sunt ex æquo reconciliati, & Deus omnes ex æquo vult salvari, tum Deus curaret veritatem / salutiferam omnibus & singulis semper annunciari.* Sed non hoc E. nec illud. Ad argumentum late patens resp. breviter limitando maj. præd. tum Deus curaret veritatem salutiferam omnibus *sufficienter, ut ut illorum culpa non semper,* annunciari, & gratiam sufficientem ad conversionem omnibus offerri, non resistentibus autem actualitèr applicari, sic falsa minor. Suppositâ igitur DEI præscientiâ, & gratiæ sufficientiâ dicimus : cur DEUS uni totâ die gratiam offerat, ad alium non semper veniat, occulta esse causa potest, injusta non potest : esse enim quasdam vias Dei impervestigabiles, & *ανεξηρεύνητα κείματα* quis neget? illa mente volvens Rex Sanctus exclamat : *כשפטרך תהום כהר :* in tertium cœlum rapta anima, ad illarum intuitum exclamavit  
ὦ Βά-



sitio: CHRISTUS est ἰλασμός πρὸς ἁμαρτηῶν ὅλας τῆς κόσμου  
 נמלח כלל הלהתהן Obj. mundus seu cœtus Elector um. & .I. quid igitur  
 illa gradatio: *nonsolum pro nostris* (2.) quid illud: *pro peccatis mundi*  
 & (3.) *totius mundi*? Totus mundus i. e. soli electi, quam ineptè. 4. vix au-  
 tem convenit ἰλασμός peremptoria & absolutâ voluntate jam electis  
 5. ille intelligitur ὅλος κόσμος, cui convenit ἰλασμός de quo idem  
 Apostolus: ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κείται 1. Joh. 5, 19. cui op-  
 ponitur εἶναι ἐν θεῷ conf. quoq; cap. 2. v. 15. 16, & c. 45. 6. Nullibi au-  
 tem in toto Johanne & N. T. codice vox *mundi* nedum *totius mundi*  
 supponit pro solo electorum numero: sed in sensu potius contrario; il-  
 lud enim miserum est, quod ex Joh. 12, 19. desumunt probandi argumen-  
 tum: Quis enim unquam cogitaret, Phariseos, illos qui Christum se-  
 quebantur, pro electis habuisse? longè aliud docet praxis apostolica:;  
 quin inverti potius debet argumentum, ut constat ex ipso loco. 7. Tum:  
 aut Christus mortuus est pro solis electis, aut pro peccatoribus omnibus,  
 aut pro nullis; Non primum, ex objecti satisfactionis formali & Refor-  
 matorum hypothesi: non secundum, ex sententia & fide Reformato-  
 rum, E. tertium, quod Socinianum.

S. 21. Objicit Amesius (1) *Redemptionem universalem nulli esse posse*  
*fundamentum consolationis* ed quod sit ex nostra sententia tali homini com-  
*munis cum damnatis* (2.) *pertinere hanc consolationem ad singulos fideles,*  
*quod Christus sit propitiatio non tantum pro ipsorum: sed & pro omnium*  
*fidelium per totum mundum dispersorum peccatis.* R. 1. Imò particularis  
 redemptio, fundamentum est & baratrum æternæ desperationis. 2. Mi-  
 sera autem est consequentia: quicquid commune est damnatis, id  
 homini credenti nullo modo esse potest fundamentum consolationis,  
 & suppositum applicationis, uti ex multis docet exemplum τῆς λόγῃ καὶ  
 τῆς ἀναστάσεως 3. & quænam analysis? CHRISTUS est propitiatio pro  
 totius mundi peccatis, i. e. *Christus est propitiatio pro omnium fidelium per*  
*totum mundum dispersorum peccatis,* atq; hoc generale fundamentum  
 credendi ponit Amesius, de cuius firmitate infra dicendum fuerit.

S. 22. Notetur 3. illud Apostoli Rom. 14, 15. μὴ τῷ βρώματι σε ἐκεί-  
 τον ἀπόλλυε, ὅπερ οὐ ὁ χριστὸς ἀπέθανεν: notetur, inquam, illatio. *Se a-*  
*zius est: de non offendendo διὰ βρώματων* s. *per usum indifferentium fra-*  
*tre in fide infirmo,* vel: ἀποθεντα τῇ πίστι πρὸς λαμβάνεσθαι; quod  
 explicatur in v. 3. additur ratio: ὁ γὰρ θεὸς αὐτὸν προσελάβετο: ad-  
 duntur

duntur alia: e. c. à iudicii coram tribunali Christi universalitate in v. 10. 11. 12. item *ab ingenti talis scandali periculo quia sc. fieri potest; ut hac ratione pereat ille, pro quo Christus est mortuus, & ita pravo nostræ libertatis usu destruat opus Domini.* Cujus argumenti pondus, egregiâ paraphrasi expressit Chrysostomus: ἡ ἐδὲ ποσά τε ἄξιον εἶναι ἡγῆ τὸν ἀδελφόν, ὡς μηδὲ διαρχῆ βρωμάτων ὠνήσοιται τὴν αὐτὸ σωτηρίαν. καὶ ὁ χριστὸς μὴ ἐδὲ δὲλα γενέσθαι, ἐδὲ ἀποθανεῖν παρητήσεται δι' αὐτὸν οὐ δὲ οὐδὲ βρωμάτων κριτεφρονεῖς ἵνα αὐτὸν διασώσῃς καὶ τοι γὰρ ἐ πάντας ἐμελλε κερδαίνειν ὁ χριστὸς, ἀλλ' ὅμως ὑπὲρ πάντων ἀπέθανε, πὸ αὐτὸς πληρῶν. Applicetur hic resolutio Calviniana, addatur etiam distinctio *inter possibilitatem naturæ & divinæ custodiae*, & peribit Apostolica illatio. Si enim nec unquam peribit, nec perire poterit ὑπὲρ ἧ χριστὸς ἀπέθανεν E. nec posita scandali hypothesi id fieri poterat, & sic sublato per impossibilitatem antecedentis, ex naturâ, vel gratiâ, periculo, solvitur Apostoli argumentatio. Obji. *Manere possibilitatem illam in respectu ad naturam.* R. Aut illa aliquando exit in actum, & sic Christum pro quibusdam qui pereunt, verè esse mortuum, conceditur: aut non exit, nec per custodiam divinam exire potest, & sic argumentationis Apostolicæ robur pariter infringitur, dum vel periculum negatur, vel contradictoriis credendis Christianus implicatur.

§. 13. Obji. illud *επιήσεται; δυνατός γὰρ ἔστιν ὁ θεὸς ἤσασθαι αὐτὸν* in v. 4. R. quid inde? nihil aliud inferunt illa verba, quam τὸν ἀλλότριον οἰκέτην, ut ut ἀδενῶνται τῇ πίστῃ, à Deo, quamdiu occasione nostri scandali non movetur ad resistentiam, ita ut excutiat etiam illam πίστιν ἀδενῶσαν, in gratia conservatum iri, qui proinde non sit à nobis iudicandus temere: non autem id volunt: scandali autores aliquo respectu perdere illos, qui aliquo respectu nec perduntur, nec perdi possunt. Obji. *manente causa non cessare periculum quamvî ejus impediatur effectum:* item: *perditionem fieri ex offendentis intentione: non illius qui offenditur realipassione:* Resp. Distinctè exprimit Sp. S. objectum *ἐκείνον;* item ὑπὲρ οὗ 2. Nec saltem ille, qui offendit, perdere: sed & ille, qui offenditur, verè perire posse dicitur, imò ipso actu perire 1. Cor. 8. 11. Ubi eleganter Syrus opponit objectum & causam scandali objecto & effecto perditionis s. exitii, ponit enim 1. ריעתך רילך 2. לה עבר לה 3. ipsum subiectum passivum מרע רמטלחה מוח משיח: sed & accuratè

notetur antecedens & proxima actualis exitii causa in v. 10. ut & illius  
offensionis s. scandali descriptio, ab effectu damnoso futuro fratri offen-  
so. Dicitur enim Idolothytis cum alterius infirmi offensione publicè ve-  
scentem, nec libertatem charitate temperantem, verè peccare *εις τας ἀ-*  
*δελφους* 2. *τύπην αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενέσων*. 3. hac ratione pec-  
care *in ipsum Christum*, dum sc. occasione dati scandali, opus Dei in fra-  
tre infirmo destruitur, & sic perit ille, pro quo Christus mortuus est: ad-  
datur jam conclusio Apostolica v. 13. quæ omnia, facti gravitatem, peri-  
culiq; magnitudinem vehementer exaggerantia, nec opinionis argumen-  
tum, nec charitatis iudicium, quod nullum procedit contra fidei præcep-  
tum, admittunt. Addimus ad prius, illustrem paraphrasin Græci Patris:  
*Δύο γὰρ ἔχῃ τὰ συγγνώμης σε ἀποτρέψεντα ὅτι τῆ βλάβῃ καὶ ὅτι ἀσθε-*  
*νῆς καὶ ὅτι ἀδελφός, μάλλον δὲ καὶ τρίτον τὸ πάντων φοβερώτερον.*  
*ὅτι χειρός μὲν εἶδε ἀποθανεῖν παρητήσαστο ὑπὲρ αὐτοῦ. σὺ δὲ αὐτῷ εἶδε*  
*συγκραταβαίνην ἀνέχῃ, καὶ ὅτι μὴ ταῦτα πάντα διὰ ἔρωμα ἀπόλλυ-*  
*ται, ὡσε τίσσορα τὰ ἐγκλήματα, καὶ σφόδρα μέγιστα.*

§. 24. Conferantur denique ad probationem minoris duo, quæ su-  
perfant, loca. Scilicet illos ipsos *Pseudoprophetas & falsos Dd. damnabi-*  
*lium hæresium autores, τὴν ἀγοράσσανται αὐτὰς δεσποτῆν abnegantes, &*  
*παχινὴν ἀπώλειαν sibi attrahentes*, adeoq; ipso actu reprobos & pe-  
reuntes *verè mercatus esse dicitur* 2. Pet. 2. 1. ubi pessimè propositionem,  
resolvit Beza sc. *Pseudodidascali abnegabunt Christum, & tamen cum Re-*  
*demtorem vocabunt*. Contra: objectum illius abnegationis ponitur ὁ δε-  
σποτῆς ὁ ἀγοράσας αὐτὰς, quæ posteriora verba, non putativa: sed ve-  
ra sunt objecti determinatio & redemptionis illius subjecti descriptio. Obj.  
Geldri in Syn. Dord. part. 2. p. 171. ex sola voce ἀγοράσσανται non proba-  
ri veram & realem illorum *Pseudodidascalorum per sanguinem JESU CHRI-*  
*STI redemptionem* Resp. Redemptionem illam, quæ facta est Christi san-  
guine, per obligationis destructionem, vel ab illâ liberationem, notari,  
patet ex argumentatione, & famosâ vocabuli simplicis de Deo s. Christo  
mediatore in respectu ad homines, usurpatione: *redemptionis qualita-*  
*tem* probare licet tum ex vocabuli significatione, tum ex illustrium  
locorum, totam salutis nostræ *οικονομίαν* specificantium, collatione: .  
Quin quam lubrica est consequentia: 1. Cor. 6. 20. & c. 7. 23. simpliciter  
saltem dicitur *πμῆς ἡγοράσθητο*, nec quicquam ulterius de illa redem-  
tionē

tione additur E. ibi non agitur de verâ, per Christi sc. sanguinem factâ re-  
 demtione, tam lubrica est hæc quoque in hoc loco consequentia. Obi.  
*ibi addi vocem πικρῆς, qua respicit Lytron.* Resp. hic contra additur subje-  
 ctum sc. ipse Θεωότης, de quo simpliciter, & non nisi in hoc loco id præ-  
 dicatum dicitur; idq; generaliter s. in ordine ad redemptionem crucis vel  
 sanguinis universalem: adeoq; Despotica hæc emtio non est, nisi gene-  
 ris humani per sanguinem Christi redemptio: quin quod hic de Despota,  
 id alibi expressè de JESU s. *ὡτι τῆ δόξης ἐσφαγμένον ὁποῦ καταβο-  
 λῆς κόσμῳ,* prædicatur vocabulum, notaturq; tum redemptio, partæ  
 Christi sanguine: tum non τὰρὸ, illâ suppositâ, specialis redemptionis  
 applicatio & credentium ex turbâ infidelium separatio, vel ἀγορασ-  
 μὸς τῶν ἀγίων εἰς ἱερᾶτευμα βασιλικὸν Conf. Apocal. 5. 9. qui pro-  
 inde sunt ὑπὸ Ἰησοῦ (uti est in Complutenfi & Regio) ἠγορασμένοι  
 εἰς ἀπαρχὴν τῷ Θεῷ καὶ ἀρνίῳ c. 14. 4, 5. atq; prior ἀγορασμὸς fer-  
 mē se habet sicut ille ἀγασμὸς de quo Ebr. 10. posterior, sicut ille, de quo  
 Joh 17. Ille dicit satisfactionis JESU CHRISTI formam: hic finem, re-  
 spectu credentium, quem alibi exprimit Apostolus per κατὰ ρισμὸν  
 λαῶν πείρασιν, ἡλωτῆ καλῶν ἔργων Tit. 2. 13. 14. atque hunc finem,  
 intermedium non rarò illi subjungere: sed & cum supremo conjungere  
 solet Sp.S. Sed ad rem: illo, quod dixi, supposito, aut coguntur concedere  
 Lytron interveniens, ipsum sc. CHRISTI sanguinem, aut duplicem con-  
 stituere redemptionem, unam cum Lytro; alteram sine illo, quod est  
 contra Axioma Salvatoris Matth. 20, 28. & sic facile conveniunt cum So-  
 cino, qui fingit Lytron improprium, & solutionem imaginariam: ver-  
 bo: *Acceptilationem*, eò quod Deus non accepit id pretium, quod  
 ipsemet impendit, filium tradens pro nobis. Quod autem quidam Re-  
 formatorum per δεσπότην vi nominis & usurpationis Deum patrem no-  
 tari afferunt, nec hîc rectè sentiunt. Conf. locus ex Epist. Jud. v. 4. ubi  
 per δεσπότην idem ille μόνος Θεὸς καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χρι-  
 στός notatur, & de illo uno Deo & Despota, Domino nostro JESU  
 CHRISTO idem quod in h. l. Petrino prædicatur. Adde quod illum  
 hîc abnegasse dicuntur Pseudo didascali, cujus (in v. 20.) dicuntur ha-  
 buisse ἑπίγνωσιν. At hic expressè dicitur Dominus & Servator noster  
 JESUS CHRISTUS E. hic ipse κύριος JESUS CHRISTUS  
 est ille Despota ὁ ἀγοράσας τὸς δούλους αὐτῶν Conf. v. 2. 20, 21.

Quin nomen Despotæ tam Filio, quam patri & Spir. Sanct. con-  
 venire docet & verbi *δεσποζειν* (quod perpetuò in LXX. respondet  
 Hebraico *משל*: hinc qui in Pl. 22. dicitur *משל בגוים* in LXX.  
 dicitur *δεσποζων των εθνων*: notatur autem Messias, cujus *משלה*  
 vid. Mich. 4. 8. utrobiq; prædicitur) usurpatio: Sed & 2. ipsi9 nominis *De-*  
*spote* significatio, quæ est Domini & potestatis, qualis eminentissimo modo  
 est in divina & individuâ SS. Trinitatis majestate (hinc *שמוא מרא*  
 & *מלכין מרא* Deus salutatur à Dan. c. 2. 47. c. 5. 23 ratio est c. 5. *שליט*  
*עליה במלכות אנשא ולמן די יצבא יהקים עליה*, quin de Fi-  
 lio conf. Plal. 2. Prov. 8. 16. Hebr. 3. 8. &c. & constabit illum verè esse  
*δεσποτην δεσποζοντων* s. quomodo est apud Danielè: *מרא מלכין*) ex-  
 cellenter in summis monarchis e. c. Babiloniorum, & hodiernum Rus-  
 sorum, Persarum, Turcorum, quorum Despotica seu Dominica sunt re-  
 gimina: atq; hæc *δεσποτίας* ratio omnium optimè expressa est à Da-  
 niele cap. 5. per: *די הוא צבא הוא קטר*

*מחן מרים משפיל*

sc. *η δεσποτία αρχει προς το τυ δεσποτου συμφερον*. Deniq; 3. ipso-  
 rum nominum Synonimorum collatio. Etenim *Δεσποτης* Græcum  
 respondet vel *אדון*: vel *אדוני*: vel nomini glorioso *יהוה* Ebreorum  
 (vid. Gen. 15. 2. Prov. 30. 11. Es. 10. 33.) *רבון* Targumistarum: *מרא* Ba-  
 byloniorum: *מר* vel *מריא* Syrorum (Mor & Raf, ait Elias, venerunt  
 ex Babel: scilicet quod illorum Despoticum maximè erat regimen) at  
 hæc ipsa nomina toties filio Dei tribuit Scriptura, quod quâ posterius,  
 vel ex Apostolico illo: *מרן אתה* 1. Cor. 16. 22. constare poterat:  
 sed & illud addatur. *Το δηήσαιται* vel ab hominibus abnegari, in sa-  
 cris dici, non nisi primariò de hoc Despota J. CHRISTO Conf. Matt. 20,  
 33. c. 26, 70. Johan 18, 25, 27. Act. 3. 13. 1. Joh. 2, 22, 33, quoniam autem  
*ο δηήσαι τον υγον*, idem quoq; patrem abnegat, hinc fit, quod se-  
 mel tantum de Antichristo prædicatur: *δενεμει τον πατερι και τον*  
*υγον* 1. Joh. 2, 22. propter illam sc. quam diximus, rationem, quæ expressa  
 est in v. 23. opponitur illi *כפירה* apud Hebræos, *שפתות*  
 & in N. T. *ομολογια τῶ σῶματῶ και πίτις τῆς καρδιας*. Joh. 1. 20.  
 Rom. 10, 9. Nec quicquam obstat locus Apoc. 14, 4. illum enim de  
*εξαγγελισμῶ* illius: *כגלר* s. *λαῖσ πειρασίς*, è quibusdā hominibus  
 acqui-

acquisiti, adeoq; de satisfactionis s. redemptionis per Christum efficacia  
 ultimâ loqui: & hanc credentiû & electorum propriam esse dubiû nullû  
 est, fidè Theologi Geldrici in Judicio Dordr. concludunt: voce ἀγοράζειν  
 hic notari liberationem ab idololatriâ: non à potestate Diaboli, non re-  
 conciliationem per sanguinem Christi. Quomodo autem non? quia Pa-  
 da Hebreorum significat quamlibet liberationem: sed illud est nugari.  
 Etenim 1. quæ consequentia: Vox לָנָה non rarò idem est quod ἀγχι-  
 σεύειν, & Goel non rarò notat ἀγχιεῖται, vel ἀγχισεύονται, uti est in li-  
 bro Ruth. perpetuò. E. nec verbum illud Hof. 13. 14. notat בִּידֵי לֵילָה  
 פְּרִישָׁה nec Goel πὸν λυτρωτῆν Esai 59. 20 Job, 19 25. nec in N. T. c. c.  
 Luc. 1. 68. & c. 24. 21. vox λυτρώω notat λύτρωσιν αἱματῶ. Ἰησοῦ χρι-  
 στοῦ: sic פָּדָה Mich. 6. 4. Job. 5. 26. notat corporalem liberationem. E.  
 Zachar. 10. 8. & Luc. 1. 74. non notatur: פְּדוּת מִיַּד הַמָּוֶת מִיַּד הַמָּוֶת  
 פְּדוּת מִיַּד הַמָּוֶת. Sic ישׁע nō rarò liberationem notat corpo-  
 ralem ut Jud. 3. 15. E. Hof. 1. 7. Chab. 3 13. (ubi est ישׁע עַםךָ לְיִשְׂרָאֵל  
 לְיִשְׁעֵךָ אֶת מִשְׁחָךְ לְיִשְׁעֵךָ, quod est in Græco Aquilæ & Eusebij: ἐξῆλθες ἐκ  
 σωτηρίαν λαοῦ σου εἰς σωτηρίαν σου χριστοῦ σου i. e. Egressus es in  
 salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo) & in N. T. Joh. 12. 47.  
 non notatur המושיע בְּיַד הַמָּוֶת הַחַיִּית 2. Nec verò ἀγοράζω  
 Græcorum, Hebreorum פָּדָה materialitèr exprimit, sed קָנָה, cui inest  
 significatio acquirendi, acquisitum possidendi, sive per creationem Gen.  
 14. 19. sive per generationem, eamq; vel æternam & ineffabilem Prov. 8.  
 22. vel corporalem Gen. 4. 1. sive per simplicem emtionem venditionem  
 quomodo καὶ σώματα καὶ χρήματα acquiri hâc voce dicuntur Gen.  
 c. 47. 23. Levit. 27. 24. sive per singularissimam redemptionem, &  
 redemptorum in peculium assertionem Deut. 32. 6. Exod. 15. 17. Es. 11. 11.  
 quæ toties notatur, quoties verbum קָנָה de Deo, in ordine ad homi-  
 nes, prædicatur planè sicut ἀγοράζω in N. T. hinc illud Hebreorû de tri-  
 bus Dei possessionibus, quæ numerantur 1. Maschiach. 2. Israel. 3. cælum  
 & terra, de quibus aliâs: respondet autem קָנָה Hebreorum, in LXX, nunc  
 κτάομαι uti Gen. 4. 1. κτίτω Prov. 8. 22. ἀγοράζω Esai. 24. 2. γεννάω Zach.  
 13. 5. ἀλλάττω Exod. 13. 13. λυτρώω & ὄσο λυτρώω ibid. & Exod. 21. 8.  
 εῖλω Job. 5. 20. σώλω Job. 38. 28. nunquam autem פָּדָה respondet ver-  
 bo ἀγοράζειν 3. Annon verò liberatio ab idololatriâ supponit vel virtua-  
 lem



lem, vel actualem liberationem à morte aeternâ? *annaon* ἢ λύτρωσις ἐκ τῆς ματαρίας ἡμῶν ἀναστροφῆς facta est *πρὸς αἷματι χριστοῦ* 1. Pet. 1. 18. 19. Eph. 2. 13. in verti igitur debebat argumentum.

§. 25. Ultimo huic classi addatur locus ex Ep. ad Hebræos cap. 10. ubi Apostolus Apostatarum peccatum & grande periculum vehementer exaggeraturus, horrendo, eoq; aeterno supplicio puniendos dicit, *וְכָל כֹּשֵׁר יִשְׁכַּח דְּבַר הַכֹּשֵׁר לְכַרְתּוֹתָם* 2. אלהא (uti bene μεταφραζέει Syrus, cum quo plane convenit Chrysostomus: *κοινὸν τί ἐστιν; τετίστιν ἀκάρτατον ἢ τὸ μηδὲν πλεόν ἔχον τῶν λοιπῶν*) illos ipsos, qui cum essent *ἀγίασμένοι τῷ τῆς Δεξιῆς αἷματι*, *conculcans Dei filium, & ipsum ipsum, quo redempti & sanctificati sunt, sed eius sanguinem aestimant profanum*: videatur locus ipse, qui luce nativâ sufficit discutiendis objectionum nebulis: Quod proinde agnovit moderatorum inter Reformatos Examius, Johannes Camero: *pro impiis, inquit, Christum esse mortuum, & verè eos redemisse ipsa docet scriptura* 2. Petr. 2. 2. Hebr. 10. 29. *& ne quis cavillationi desit locus, id ipsum in exprobras, ad summi sceleris revincendor, quod tantum beneficium, tanti beneficii auctorem ultro sunt aspernati.* Idem paulo ante: **CHRISTUM PRO OMNIBUS ESSE MORTUUM** est vox Sp. S. est totius Ecclesie confessio, quæ non alio magis, quam Salvatoris mundi titulo condecorat Christum &c. in miscell. ep. 4. Atq; ita objectum materiale satisfactionis & meriti J. CHRISTI, ex intentione & consilio Dei Patris, esse totum genus humanum, paucis quidem; sed illustribus, evidentibus, & intellectum simpliciter ad veritatem determinantibus Scripturæ N. T. testimoniis declaravimus: qui pluralitate certandum putaverit, sequentia non minus illustria addere poterit. Rom. 5. 6. 8. 9. c. 8. 32. 2. Cor. 5. 14. 15. &c. sed & plurima alia suppeditare poterit V. T. scriptura. Dixi materiale: formale enim objectum est, *quatenus* (genus humanum) fuit *in peccatis mortuum*, adeoq; *pæna aeterna obnoxium propter peccatum*, quod ipsum Scriptura nunc directe, nunc indirecte, utrobiq; auctorem clarè satis asserit.

§. 26. Superest ut adverse sententia nunc quadam subjiciamus gravamina, circa hanc de universalitate meriti mortis Christi doctrinam. Nota sunt ante Dordracenorum & Gomorristarum horrenda axiomata: Deum decrevisse ad vitam aeternam alios eligere, alios

alios ab eadem reprobare, ordine prius, quam eosdem creare decreverit:  
*Iterum, ait blasphemus hac parte Beza, ad cap. 9 Ep. ad Rom.*  
liceat cum Paulo dicere: Deum opificem quosdam homines condidisse  
ad interitum. *Ponunt e. decretum electionis ante decretum creatio-*  
*nis, & per consequens ipsius passionis JESU CHRISTI me-*  
*diatoris, quem proinde decreti electionis non fundamentum, sed exe-*  
*cutores statuunt: Passionem & mortem Christi (verba sunt conera*  
*Remonstr. in Col. Hag.) esse medium ordinatum à Deo ad salvandos*  
*electos, existimamus esse confessæ veritatis: quocirca non potest ordi-*  
*natio istius medii præcedere ordinationem finis, qui est salus electorum.*  
*Iidem ibid. Deus decrevit electis dare JESU CHRISTUM salvatorem*  
*& mediatorem, fidemq; in ipsis realiter operari, atque ita ipsos per fidem*  
*in CHRISTUM, tanquam medium in eam rem ordinatum, salvare.*  
*Fundamentum e. salutis & donationis Salvatoris Christi, sed & fidei*  
*in ipsum, primum, ponunt, absolutam electionem: hujus notitiam,*  
*ponunt fundamentum secundarium fidei, & totius Christianismi,*  
*manifestum in hac probatione committentes circulum. Igitur: pos-*  
*sitâ electione particulari, cui primo & principaliter salus innita-*  
*tur, ordine natura ante decretum de Christo in mediatorem de-*  
*stinando, imò ante intuitum Christi, ut Mediatoris, unicum &*  
*primum salutis fundamentum JESUS CHRISTUS, ὡς πόντος ὁ*  
*πρωτοῦ μαρτυροῦσθαι, à certâ & efficaci intentione quosdam eligen-*  
*tis Dei removetur, atque hac est absurditas prima, quam nondum*  
*corrigunt, qui docent, Christum in præscientiâ Dei, antequam in-*  
*telligatur electio hominum, satisfactionem suam obtulisse patri, ut*  
*aliqui designarentur à patre, in quibus illa satisfactio, salutis effe-*  
*ctum consequeretur: materialem tamen eligendorum designatio-*  
*nem voluntati Dei reliquisse, exemplo filij Regis, patri bona sua of-*  
*ferentis, ita ut pauperum, in quos illa distribuenda, designatio-*  
*nem relinqua patri.*

S. 27. Porro, posita in aternitatis conceptu, particularitate  
meriti post decretum electionis, sequetur illi salutem dari per  
CHRISTI passionem, cui jam ante destinata est & data à pa-

D

ere

ere per efficacem electionem: illum reconciliari per filij mortem, qui ex parte jam est reconciliatus, & saluti destinatus per absolutam quosdam salvandi voluntatem: Satisfieri illi per meritum, qui sine satisfactione, & absolute, iam elegit quendam salvandum, & suscepit offendentem per decretum, quod & contradictionem cum impossibilitate oppositi implicat & satisfactionis JESU CHRISTI naturam totaliter infirmat, qua absurditas est plusquam Sociniana: & tamen stat, stante salvationi quorundam decreto absoluto & antecedaneo s. quamdiu docent salutem & vitam æternam ante intuitum Christi mediatoris, & decretum reconciliationis, imò ante hujus destinationem in mediatorem, solis Electis destinatum esse, quin sine Christo Mediatore dari potuisse.

§. 28 Positâ meriti Christi quoad utilitatem & fructum particularitate, tot universalibus scriptura utriusque fœderis promissionibus contradicitur, Socinianis ad labefactanda illustrissima Scripturarum loca ἀφορμὴ subministratur, sed & ὁ λόγος τῆς κηρυχθῆσθαι roboris suo privatur: quorsum igitur Apostoli per viscera misericordiarum Dei nostri, quorsum Christus ipse: sed & ipse Deus pater mundum obtestatur, & vehementer per vocem Apostolicam adhortatur πρὸς τὸ κηρυχθῆσθαι τῷ θεῷ εἶδες (verba sunt Patris Græci) πῶς ἦρε τὸ πρᾶγμα. τὴν χειρὸν ἐσουργαγὼν πιδέντα τὴν ἰκετηρίαν αὐτοῦ. μᾶλλον δὲ ἐχὶ τὸν χειρὸν μόνου, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα. διὰ γὰρ τῆτο καὶ ἐπηγαγεν ὡς τὸ θεὸς ὡρῶν καλῶν & δι' ἡμῶν. Præterea formale objecti satisfactionis, ejusque toties in scripturis predicata latitudo tollitur, adeoque J. CHRISTUM durissimos & acerbissimos Geberna, Tartari, omniumque damnatorum cruciatus perpeffum esse, pro solis jam antea ex absoluta DEI electione ad vitam electis, magna cum passionis & mortis J. CHRISTI injuria dicitur, & illa ἀδημονία, ἐν δαμνεία, ἀγωνία, illa μορφή δέλε & ὑπακοή μεχε δανάτῃ ταυρῆ vehementer extenuatur: cui multipluri absurdo id quoque addimus. Pelagianum eodem, quo Reformati, modo sc. cum dicuntur omnes in Adamo

*Adamo peccavisse, non omnes omnino nullo pratermisso intelligendos dixisse: Sicut per unius, obiectio fuit Pelagij, delictum in omnes homines in condemnationem: Sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vita: at per Christi justitiam non omnes: sed tantum illi obedientes, & baptismi eius ablutione purgati, sunt sanctificati, E, ad quam objectionem sibi factam, respondet Augustinus, concedendo quidem, utrobique, nullum pratermissum esse: sed resolvendo propositionem universalem improbabiliter vid. ille lib. de natura & gratia.*

*§. 29. Stante meriti Christi particularitate & absolutâ quosdam salvandi voluntate, labefactatur ἡ χάρις ἡ σωτηρία: quam enim scriptura, erga totum genus humanum, charitatem, & immensam Dei misericordiam predicat, qui non pepercit filio unigenito: sed pro nobis omnibus eum in mortem ignominiosissimam tradidit, illam, Reformatorum sententia ad solos electos alligat. Contra commendat Deus charitatem suam erga nos ( non quod pro paucis jam electis, & aeterna gloria ante Christum mediatorem destinatis: sed ) quod pro nobis, cum adhuc peccatores essemus, ( notetur hic formale obiecti reconciliationis J. CHRISTI contra hypothesein Calvinianam, & ipsa latitudo obiecti, quod tam late patet in materiali, quam in formali: at hic valet illud: πόντος ἡμαρτων ἡ ὑπερβύται τῆς δόξης τῆς Θεῶ. Rom, 3, 23. ) Christus mortuus sit Rom. 5, 3.*

*§. 30. Supposita particularitate meriti J. CHRISTI seu pro solis Electis sufficienter & efficaciter mortuum esse Christum, concludunt: his omnibus & solis fidem vivam in J. CHRISTUM donari: ab his, ut in exitiales haereses, in atrocissima & conscientiam gravissimè vulnerantia peccata e. s. adulteria, homicidia &c. prolapsis, ex immutabili electionis proposito, verba sunt Dordracenorum sess. 136. Spiritum S. non totaliter, nec finaliter auferri, nec gratiam redemptionis ac justificationis adimi, cæteros non electos, à donis gratiae quoad hanc vitam excludi; & vel nullam, vel imaginariam, & à fide justificante totâ specie distinctam fidem, illis dari, quae omnia utur*

ex hypothese principali Calviniana non fluant necessario, ab illis  
tamen inde deducuntur, sed plane absurda, & in divinam justi-  
tiam & misericordiam, ipsamq; scripturam maxime injuria: quin  
si hic addatur fidei Calviniane fundamentum sc. electionis ad  
vitam eternam notitia, & confidentia, quantum illud securitati  
carnali aperiet fenestram? Conf. in contrarium illustria loca  
Ezech. 18, 24. 25. 26. Hebr. c. 6. v. 5. & cap. 10. v. 26. 2. Pet. 2.  
18. 19. 20. 21. absolutam illam lapsus de gratia impossibilitatem  
evidenter negantia.

§. 31. Fatentur ipsi, tanti esse oblationem Christi, ut posuerit  
etiam pro infinitis mundis satisfacere, si plures essent mundi,  
& si mundani omnes fide in Christum donarentur, nedum pro singulis  
unius mundi, nullo excepto, hominibus, si Deus eorum omnium vel-  
let misereri (quanquam quomodo stante Allæosi in prædicationi-  
bus Idiomatum personalibus, id tam audacter à Beza dici potue-  
rit, nondum videmus) quo confesso, & non nisi particulari mor-  
tù CHRISTI merito concesso, immisericordia & invidentia pluri-  
morum salutis Deus ab illis reus sistitur. Sicut e. c. mille captivi  
Christiani sub Tyrannide Turcicâ durissimis servitutibus pariter  
obligati: veniret princeps Christianus percontaturus quantita-  
tem Lytri omnium captivorum: posceretur incredibile pretium  
e. c. tonna auri in caput unius captivi: persolveret Princeps suf-  
ficiens in omnia capita redimenda pretium, mille sc. tonnas auri  
singulariter pro centum captivis efficaciter redimendis: reliquis  
nongentis, quibus similiter ipso actu redimendis abundè sufficiens  
erat Lytron jam persolatum, in captivitate, duriore etiam, quam  
antea fuerunt, absolutâ Principis illius voluntate, relictis: annon  
ille summa accusari poterat immisericordia? & quid nongentos  
miseros juvabit pretium sufficiencia? Addimus: illam proposi-  
tionem: Meritum Christi est sufficiens pro omnibus si credant,  
non procedere, & nec fundamentum, nec formam habere in scho-  
la Spiritus Sancti.

§. 31. Deo

§. 32. De quo tamen sufficientiæ vocabulo, in propositione, nondum convenerunt Reformati: Qui enim aperti sunt i. e. qui quod mente sentiunt, linguâ fideliter exprimunt: dicunt: Deum præcisè noluisse, ut Christus moreretur, sive quâ sufficientiam sive quâ efficaciam, nisi pro solis electis, in qua classe eminet Calvinus, Beza, Piscator, Gomarus & alii, qui proinde improbant phrasin illam: CHRISTUS mortuus est pro omnium hominum peccatis sufficienter: sed non efficaciter. *Illud enim vñ s. PRO* vel consilium Patris ex quo passus est, vel ipsum passionis effectum, vel utrumque declarat: quorum neutrum ad alios, quam ad solos Electos spectat. *Nec aliud sentit Cl. Amesius*: Sunt, inquit, inter nostros, qui simul utramque partem defendunt: Christum sc. pro electis mortuum esse, quoad efficaciam; & tamen pro omnibus, quoad sufficientiam: non desunt etiam, qui utramque partem simul negant: CHRISTUM sc. mortuum esse pro iis, qui (ordine intuitus divini) prius fuerunt electi, & mortuum eum esse pro omnibus collective sumptis ex æquo *vid. ult. expl. animadv. de mort. Chr. c. 2. §. 1. item cap. 3. §. 6.* Concedimus libenter plenam significationem hujus phrasios, mortuus est pro nobis, prout in scripturis ut plurimum saltem usurpatur, in sufficientiâ mortis solâ non fundari: hæc enim (NB. quomodo argumentum Spiritus S. pro universali merito miserè invertat, & in particularis meriti adjutorium convertat Spiritus Calvinianus) est præcipua nostra defensio, adversus Remonstr. quod mortuus sit Christus (tantum) pro electis efficaciter ad salutem eorum: cum igitur præpositio illa pro, sicut & loco nostro in plenâ sua significatione notet efficaciam, quando additur sufficienter diminutio quædam indicatur illius plenariæ significationis. *Hæc ingenue dicta notamus. At Crypto-Calviniani fatentur meriti Christi pro omnibus sufficientiam: negant efficaciam, ita tamen ut admittant superiorem propositionem. Dubium autem nullum, quin hæc propositio: CHRISTI mors fuit sufficiens pro omnium hominum peccatis, realiter s. formaliter distinguatur ab altera: CHRISTUS mortuus est pro omnium hominum peccatis sufficienter, quod evidentia docet oppositionis: illa enim intrinsicam J. CHRISTI mortis naturam s. qualitatem: hæc, illâ iam suppositâ, actionem, morientis*

rientis intentionem, & qualitatis illius sufficientiæ applicationem ad actum moriendi & objectum meriti infert. Qui ergo hanc posteriorem admittunt, aut illam cum priori propositione in explicatione confundunt, aut formaliter, illo, quem diximus, modo distinguunt. Si prius, cum Beza conveniunt, frustra distinguunt, orthodoxâ linguâ simplicibus imponunt, pessimèq; propositionem componunt & resolvunt, nec amplius quicquam intelligunt quam pretium mortis Christi in se consideratum sufficiens esse ad redimendum totum mundum, utut nequaquam fuerit sufficienter, nisi pro solis electis, persolutum. At de hac sufficientia pretii in se dubium nullum; sed de sufficientia illius actuali destinatione, & egressione in objectum universale, adeoq; non *per se* in *omnibus*, sed in *omnibus* i. e. non de sufficientia virtuali; sed actuali. de, sufficienter dari pro omnibus, controvertitur.

§. 33. Si posterius, coguntur simul concedere, Christum ex intentione patris efficaciter mortuum esse pro omnibus: hoc enim negato, negatur illud: hoc posito, ponitur illud; & contra, quod agnovisse Amesium supra allegata verba docere poteram. Porro, posita ita universalitate mortis, sequitur universalitas redemptionis: nec enim datur impedimentum consequentia: non in DEO, non in mediatore JESU CHRISTO, non in peccatore redimendo. Satis apparet ex resolutione illius propositionis, aut concedendam Reformarum universalitatem aliquâ sufficientia, & prima efficientia reconciliatoria, meriti Christi: qua ratione sufficienter & efficienter malè opponuntur: aut confugiendum rursus, ad prius absurdum & resolutionis vitium, ita ut CHRISTUM mortuum esse pro omnibus hominibus sufficienter, idem sit, quod: mortem Christi esse in se sufficientem pro omnibus. Ita autem non legitimè inferri, constat tum exemplo damnatorum Diabolorum, tum simili, quod supra posuimus de 1000. captivis: pone enim Principem illum persolvisse pretium mille tonnarum auri, sufficientissimum mille captivis redimendis:  
& ca.

& tamen, quo omnes redimere poterat, redimere non voluisse nisi 100. an ex illa persoluto pretij sufficientiâ concludere licebat: Principem illum sufficienter persoluisse pretium pro mille captivis? Quid iuraret miseros (nongentos) pretiosa redemptio (censum) captivorum, maxime si ex illa in paucos liberalitate sibi multo gravior & intolerabilior servitus instaret? Atque ita nullam in ordine ad actum, & universale Obiectum (sufficientiam mortis & satisfactionis J. CHRISTI Calvinianos statuere, distinctionem inter sufficientiam & efficaciam (que antiqua est in respectu ad reconciliationis applicationem s. ultimam meriti Christi efficientiam: non primam s. habitualement magis, efficaciam gratiae sc. impetrationem conditionatam, male applicare, & vel non nisi illusoriam, vel nullam, reproborum respectu, satisfactionem credere posse, nemo non videt.

S. 34. Docent ipsi quod etsi certus & indefinitus est Electorū, pro quibus solus Christus mortuus est, numerus, obligari tamen omnes homines, ut firmâ persuasione credant CHRISTUM pro se mortuum esse. Contra: Quicumque propter præceptum tenentur credere, CHRISTUM pro se mortuum, illi vel tenentur credere illi, quod falsum est, vel verè pro illis Christus est mortuus. Atque omnes &c. E. Probatur Consequentia, quia fidei obiectum est ἡ ἀπλύτως ἡ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, vel Christus ipse, quatenus est τὸ ἰλασθῆλον ἐν τῷ εὐματι αὐτῷ. Ipsa autem fides est hypostasis, qua innititur illi Christo mediatori. Quotquot igitur tenentur in Christum credere, illi tenentur, per fidem sibi Christum applicare, & credere, quod pro suis quoque peccatis CHRISTUS satisfecerit. Atque non nisi supposita seriâ Dei, de merito universali, voluntate: obiecti iidem fidei, & determinationis illius, in ordine ad obiectum mortis J. CHRISTI singulare, veritate, hypostasis fidei potest concipi, nedum applicari. E. vel fateri coguntur CHRISTUM pro omnibus verè & sufficienter mortuum, aut majorem & minorem superioris

argumentum



argumenti negare. h. e. admittere reprobos non teneri credere in  
Christū, imò Deū vesuisse potius impænitentibus, ut credant Chri-  
stum pro se mortuum esse, aut concedere. Dei voluntate, nostraq̃  
fide, objectum fidei, s. meritum J. Christi immutari, & contradi-  
ctoriis credendis hominem obligari.

S. 35. Sublatâ universalitate meriti J. CHRISTI ruit omnî  
πληροφορία fidei, injiciuntur vehementissimi dubitationum scrupu-  
li homini peccatori, an teneatur credere CHRISTUM pro se cru-  
cifixum esse, adimitur certitudo fidei, & salutis jam credenti, an sit  
unus ex singularibus istis, pro quibus mortuus est Christus: aperitur fe-  
nestra desperationi, per argumentum, quod procedit à particulari,  
nec subsistit πρὸς τὰ βέλη τὰ πειρωμένα & μετοδείας Diaboli: sed  
& causalitas condemnationis denegatur incredulitati. Patet id  
ex collatione fundamenti fidei Calviniana. *Quæro*: unde homo  
peccator, vel in agone tentationum constitutus, persuaderi debeat: CHRI-  
STUM pro se esse mortuum? *Resp. ex electione*: perget; unde de  
electione? *Resp. ex fide*: sed sic κωλύει τὸ ἀποδείξις, nec faci-  
le persuadebis illi τὸ credere, qui scit se non credere, vel cerè dubi-  
tat de fide. Si respondebis, ex meriti Christi sufficientia univer-  
sali, nec sic sufficere: cum ex altera parte sciat id, quod sufficiens suâ  
naturâ est pretium, pro solis electis fuisse impensum. *Regeret igitur*  
*& quæret*: unde pro se ex intentione Patris Christum sufficienter  
mortuum esse sibi constare poterit? *respondebis ex fide, vel*: si credi-  
deris in Christum: *Regeret*: sic fidem in Christum supponi pro fun-  
damento fidei in Christum, vel sibi imponi, ut credat Christum pro se,  
esse mortuum, si credat Christum pro se esse mortuum, & πίστις πρὸς  
τὴν πίστιν. Ex hypothesebus sanè Reformatorum, ut id quoque ad-  
damus, *propositio illa*: CHRISTUS mortuus est pro Reprobis, si in  
ipsum crediderint, *perinde se habet, ac si dicas*: mortuum canem posse  
vivere, si latret: mutum habere spem loquendi, cæcum videndi, si hæc  
vel illa clarâ voce legat: *quod est ἀντικείμενον ἐν πειρωμένῳ vere ἑ-  
σθησθέντων. Cum omnis scriptura finis sit fidei orthodoxia, & ut*  
per

per patientiam & consolationem Scripturarum, spem habeamus de qua vel in ipsis tentationibus & tribulationibus gloriari possimus, facile ex fructibus apparet, Reformatos in hoc fundamentalissimo orthodoxia & salutis firmamento, ἐπεὶ διδασκαλίῳ, quod hâc gravaminum Decade, adumbrare saltem voluimus. Nunc ad examen quarundam, quas jam memoria suggerit, ex scripturnis objectionum, properamus.

§. 35. Objicitur vel maximè illud Salvatorū: Ἐγὼ περὶ πάντων (τῶν ἀληθῶς πισθόντων καὶ δοθέντων ἐμοὶ ἐκ τῆς κόσμου) ἐρωτῶ Joh. 17. 9. & robur argumenti desumitur ex additâ oppositione: ἔτι περὶ τῆς κόσμου ἐρωτῶ, ut ita hæc oppositio sit omnium non electorum exclusio, tum ab oratione advocatoriâ, tum consequenter à mortis Christi efficacîâ. Bc. quin potius universale Christi meritum hinc stabilitur, si argumentum invertitur sc. si dixisset Servator: ἐγὼ περὶ πάντων ἐρωτῶ καὶ περὶ τῆς κόσμου, pariter Deo Patri & spirituale, quod ipse instauraverat, & tenebrarum regnum, quod Christus destructum ibat, commenda visset: patiter pro utroq; promovendo Deum patrem sollicitavisset, & sic pro mundo sufficienter moriturus non fuisset. Dicit e. se non rogare pro mundo, i. e. ut mundi opera promoveantur: sed potius deleantur, destruantur, quod fieri non poterat, nisi per universale Christi meritum. 2. Est autem hic oratio specialis pro custodia Apostolorum τῶν ἀφωρισμένων εἰς εὐναγγέλιον Ἰησοῦ, & omnium, quos ipsi dederat Pater, ut videlicet, cum jam moriturus, & ex hoc mundo discessurus esset, Deus illos in veritate sanctificaret, hos etiam ad potenter prædicandū in terrarum orbe Evangelium idoneos redderet, unde concludere velle: *Nunquam orare, aut orare voluisse Christum pro aliis, quam quos ipsi dederat Pater*, absurdum est. 3. Orat Christus in scripturis ut sacerdos, & respectu passionis meriti, tum generaliter pro omnibus, ipsis quoq; impiis, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν sc. pro ipsis *Dominum gloria crucifigentibus*, quod docet praxis Luc. 23. 34. & illud Esaia c. 53. v. ult. atque hæc generalis est oratio: tum specialiter, & ratione actualis efficacis sui meriti: atq; hâc ipsa precatione vel maximè fungitur in sacerdotali suo munere, etiam nū ad dextram Patris sedens, & pro nobis intercedens, vid. Rom. 8. & sic pro solis orat fidelibus & electis; Πάτερ ἄγιε τήρησον αὐτὰς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ἕως δεδοκᾶς μοι, ἵνα ᾖσιν ἐν, καὶ θῶς ἡμεῖς, ex qua ipsa oratione constat: **CHRISTUM**

E

STUM

STUM hac speciali oratione, non potuisse orare pro mundo, qui enim fidem *ἢ τὴν εὐότητα τῆς πίστεως ἐν συνδεσμῷ τῆς εἰρήνης* non habebant, quomodo pro illis orare potuisset CHRISTUS, ut in unione sanctificationis & fide permanerent? *Obijciunt per instantiam vers. 19. ὑπερ αὐτῶν ἐγὼ ἀγάλα ἑμαυτὸν.* Resp. 1. Oratio non habet particulam exclusivam. 2. Duplex describitur ἀγιασμός in hoc uno versu. (1.) ἀγιασμός ipsius Christi pro fidelibus, non exclusis ab hoc ἀγιασμῷ incredulis. (2.) ἀγιασμός ipsorum fidelium, Apostolorum maximè, & hic deducitur ex illo: ille respicit ipsum Christi meritum, universaliter sufficientissimum & efficacissimum: hic ultimam & conditionatam meriti efficaciam, s. actualem & finalem credentium in gratiam restitutionem, & hic ἀγιασμός est idem ille ἀνορθωσμός & ἀφορισμός *δοτὸ τῆς γῆς*, de quo supra diximus: ille in objecto ipsos quoq; reprobos, sanguinem foederis *ἐν ᾧ ἡγιασθησαν*, profanum aestimantes Ebr. 10. 29. hic fideles solos involvit. Conf. v. 17. de illo ἀγιασμῷ ἐν ἀληθείᾳ.

§. 36 *Obijciunt: toties dici Christum animam posuisse pro omnibus, quod dici non possit nisi de solis electis.* Resp. Triplicis ferme generis *πρόβατα* sic dantur in Vtr. Test. scriptura 1. *Totus mundus* s. omnes omnino homines respectu status extra Christum, supposito tamen lapsu. Esa. 53. 6 & sic in N T. ubicunq; non fit expressa vel per pronomem. 1. Personæ, vel per determinationem electis propriam limitatio ut Joh. 10. v. 11 sumitur vox *προβάτων*. 2. *Populus Judaicus* s. rectius *τὰ δόλω-λότα πρόβατα οἰκτῆς Ἰσραὴλ* Matth. 15. 24. ad quæ proinde Christus *ὁ τῆς περιτομῆς Διάκονος* specialiter se missum esse dicit, ratione officii Prophetici, non sacerdotalis, quippe universalis, propter quod etiam *τὰ ἔθνη* debebant *ὑπερ τῶν ἐλέως δοξάσαι* *θεὸν*. 3. *Soli pii* ut Joh. 10. 27 idq; in additione vel pronominis i. personæ, vel alterius adjecti solis pius proprii. Joh. 10. 14. 16. 26. ubi notetur geminatio articuli: *ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν* v. 27. &c. ex his facile respondetur ad argumentum, ut cœtera taceam. *Obijc.* illud *הגביר ברית לרביו* ex Dan c. 9 v. ult. *יצרין רביו* ex Esa. 53. 11. item illud: *לקרשים* ex Ps. 16. 3. Resp. ad 1. *הגביר הברית* non habet pro objecto, nisi

Cre.



ham, hæreditatem suam spiritualem & consilium patris celebrantem, v. 5. 6. 7. adeoq; 4. eundem, liberationem suam ex School magnificè prædicantem: inde ad fin. quæ omnia his Disputationis angustiis sunt augustiora.

§. 37. *Objc. Si meritum Christi est universale, sequitur illud ad damnatos quoq; in V. T. sese extendere: & hoc posito: CHRISTUM pro illis frustra esse mortuum.* Resp. si non est absurdum dicere: meritum Christi retrò se extendere ad fideles, sequitur quod non sit absurdum dicere, illud idem meritum retrò etiam se extendere ad damnatos, & sicut illi per virtuale meritum Christi fide applicatum sunt salvati, ita hi non tam propter communem lapsus & peccati statum, quàm propter specialem illius satisfactionis JESU CHRISTI non applicationem, & impoenitentiam finalem sunt damnati. Unde simul patet falsitas instantiæ. *Hac ratione justitia divina bis satisfieri, semel per Christi mortem, semel per impiorum condemnationem æternam.* Add. August. distinguentem inter satisfactionem gratiæ & iræ: semel Christus satisfecit pro genere humano toto, satisfactione gratiæ: impii cogunter satisfacere, satisfactione iræ propter æstimationem sanguinis Dei profanam, & non applicatam fide satisfactionem gratiæ: non adæquatè propter malum originalis culpæ. Vel uti præclare Augustinus l. 1. cont. Pelag. *Regnum mortuū in quolibet homine sola destruxit gratia Salvatoris, quæ operata est etiam in antiquis Sanctis, quicunq; antequam in carne Christus veniret, ad ejus tamen adjuvantem gratiam: non ad legū literam pertinebant: hoc enim occultabatur in Veteri Testamento, pro temporum dispensatione justissimè, quod nunc revelatur in novo.*

§. 38. *Objc. 1. Tim. 4. v. 10.* Resp. meritum Christi consideratur vel *intensivè*, ratione intentionis & decreti divini: vel *extensivè*, ratione actualis applicationis: utrumq; conjungit Apostolus: prius quando dicit *ὁ ἐστὶ σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων*. Posterius in verbis *μάλιστα πισῶν*. Distinctionem inter *impetrationem gratiæ & applicationem* ita probare licet contra Reformatos: aut credunt illi, per ipsum Christi meritum ante fidem actualiter peccata remitti, aut per fidem. Si prius, repugnat tota Scriptura, nec fides ad peccatorū remissionem erit necessaria: nulla enim inconditionata & actualis in gratiam restitutio opus habet sequente aliqua applicationis conditione. Si posterius i. e. si per fidem demum obtinetur actualis gratiæ applicatio s. peccatorum remissio E. in ipsa morte  
vel

vel merito Christi erit, non nisi gratiæ illius impetratio. Limitat quidem propositionem superiorem Amesius: *nisi illa restitutio absolute & simpliciter sit impetrata*: idem pro defendenda necessitate inseparabili sequelæ applicationis ad gratiæ impetrationem adducit hæc absurda.

1. Frustrabilitatem decreti Dei de Christo in mediatorem, destinando.
2. Firmitatem fœderis cum Christo inuiti.
3. Omnium promissionum circa fructus mortis Christi evacuationem.
4. Mortis Christi ab ejus intercessione in coelis separationem, & duo alia Remonstrantes maximè tangentia, sed ab illis levibus, sententiam nostram satis liberabimus in conflictu.

§. 39. *Obj. illud Luca: Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυρόμενον* Resp. quid inde? ubi particula exclusiva. Pone, voce ὑμῶν notari solos Apostolos: ergone omnes, qui fuerunt in concilio Apostolorum fuerunt in choro Electorum? annon cum illis communem habuit κλήσιν πῶς Διακονίας ille, qui postea *περηγῆς γενόμενος ἐπέρευθη εἰς τὸν τόπον τὸν ἰδίον;* quem tamen illi ipsi adhuc interfuisse, nec nisi post cenam Dominicam rursus exiisse, non obscure docet Lucas. Quod autem Matr. 26. dicitur ὑπὲρ πολλῶν Resp. Id intelligendum non divisivè: sed complexivè, quomodo in applicatione *οἱ πάντες* verè sunt πολλοὶ vid. autem expl. illius ὑπὲρ πολλῶν per ὑπὲρ πάντων 1. Tim. 2. 6. præterea distinguend. inter 1. objectum 2. ipsum satisfactionis actum 3. sufficiens pretium. 4. effectum in actu primo & 5. efficientiam ultimam s. in actu secundo, & sic constabunt omnia. *Obj. idem concedi ab adversa parte* Resp. Neg. quin potius expressè contradicunt. Convenimus in objecto, respectu sufficientiæ: dissentim⁹ respectu efficientiæ, & universalitatis ex intentione, ut de effectus meriti Christi vera quidditate: ex pretio pro omnib⁹ sufficienti non infertur statim actualis & sufficiens pretii pro omnibus persolutio, de qua proinde controversere minimine est λογολαχέειν. *Obj. Si Christus mortuus est pro reprobis: vel id factum est ut possent salvari, vel frustra. Non prius, cum Decretum Dei de salvandis hominibus sit immutabile.* Resp. disting. inter Dei Affectum, & prævisæ incredulitatis effectum: Christus omnino mortuus est pro impiis, ut potuissent salvari, scilicet intentione DEI, volentis omnes homines salvari: quamvis ratione decreti electionis, non velit nisi solos credentes salvari: ceteros propter affectatam resistantiam & finalem contumaciam damnari.

Decretū Dei est quidem immutabile: sed non absolutum. 2. si pro reprobis Christus non satisfacisset, illi propter incredulitatē quoque condemnari non possent: tolle enim fidei objectum, tolles simul fidei actum. Porro si à reprobis Christum pro se mortuum esse non potest credi, nec illi propter incredulitatem possunt condemnari.

§. 40. *Obji. Si impij sunt redempti, sunt etiam Deo patri reconciliati, & peccata ipsorum sunt condonata: Ratio, quia S. S. describit redemtionem per reconciliationem Coloss. 1, 20. Per remissionem peccatorum Coloss. 2, 13. At impij non sunt reconciliati Deo patri, nam habent Deum iratum, non placatum, nec illis peccata sunt remissa, sic enim essent beati. E. Resp. 1. Reconciliatio illa non est absoluta, sed conditionata 2. Dist. inter reconciliationem quæ fit per Christi obedientiam, & illam quæ fit per nostram pœnitentiam: Priori ratione impij Deo sunt reconciliati; posteriori non reconciliantur, suâ culpa ἀποκατέκειται. Probatur distinctio ex coll. v. 19. & 20. 2. Cor. 5. In vers. 19. dicitur DEUS reconciliasse sibi mundum in Christo, cujus equidem reconciliationis statim additur ratio formalis, & tamen in vers. 20. proponitur ὁ λόγος τῆς καταλλαγῆς ἢ Apostolica totius mundi obtestatio, quæ est: καταλλάσσετε τῷ Θεῷ. Scilicet hæc acceptatio τῆς λόγου τῆς καταλλαγῆς est illius necessaria ad salutem conditio & applicatio. Et hæc ratione rectè dici posset, Deum impiorum esse amicum ratione Christi obedientiæ, & inimicum ratione propriæ ipsorum contumaciæ & reconciliationis non applicatæ. 3. Peccata non imputari dicuntur, vel generaliter per satisfactionem: vel particulariter per fidei conditionem. Ex quo ipso corrui simul objectio Amesij, in animadv. c. 4. p. 195. Si Deus est omnibus per Christum reconciliatus, tum & planè potest & vult sædus gratiæ cum omnibus inire, & sanctire. At non hoc. E. nec illud. Resp. limitando prædicatum sc. non absolutè, sed ordinate, i. e. si non resistant τῷ λόγῳ τῆς καταλλαγῆς. Addit idem: Sequi necessariè, ex, non punitione nisi propter novam contumaciæ, & omnium obligatione ad fidem, satisfactionis legi fidei prioritatem. Resp. disting. inter legem cognoscibilem & non cognitam: lex fidei nemini est incognoscibilis, licet quibusdam sit incognita, sed non nisi propria ipsorum culpâ.*

*Omnia Reformatorum argumenta, hîc, in theatrum disputationis pro-*

*ducere,*

ducere, nec licet: nec multum refert, quod vel ex dictis illorū quoque parteat solutio, vel etiā ad omnes argutias non necessaria sit responsio. Dicimus hīc quoq; cum Augustino (at quanto Ecclesiæ Doctore!) Ego, & si refellere argumenta istorum non valeam, video tamen inharendum esse iis, quæ in Scripturis sunt usitatissima, ut ex his revelentur obscura. Quid autem apertius est tot tantisq; divinorum eloquiorum testimoniis, quibus dilucidissimè apparet, nec præter Christi societatem posse quemquam ad vitam æternam pervenire, nec divino iudicio posse aliquem justè damnari h. e. ab illā vitā & salute separari. Igitur Deo pacis, qui *eduxit ex mortuū pastorem magnum ovium, in sanguine fœderū æterni,* GLORIAM in Ecclesia Sanctorum supplices damus, & in JESU CHRISTO crucifixo, & resuscitato, Disputationis nostræ Inauguralis hīc facimus.

*Ad explendum, quod superest spatium, addimus hæc venerabilis Antiquitatis paucula: sed σύμφορταῖς γεραφαῖς.*

PROSPER ad Object 9 cap. 9 lib. 1. Resp. Nullus omnino est ex omnibus hominibus, cujus natura in Christo Domino nostro non fuerit suscepta: Deus ergò, Dei filius mortalitatis humanæ particeps factus absq; peccato, hoc peccatoribus & mortalibus contulit, ut, qui natiuitatis ejus consortes fuissent, vinculum peccati & mortis evaderent.

Idem lib. 2. ad obj. 7. Nemo nisi Dei gratiā erigitur: nemo, nisi Dei gratiā stabilitur. Deie. voluntas est, ut in bona voluntate maneat: qui & priusquam deseratur, neminem deserit: & multos desertores sæpè convertit. E. non est voluntas Dei, ut magna pars Christianorum salva esse nec possit, nec velit: Attendant hic Calviniani!

Cœlest.



Cœlest, Pont. Rom. Ep ad Episcopos Galliarū:  
Ita Deus in cordibus hominum, atq; in ipso libe-  
ro operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium  
consilium, omnisq; motus bonæ voluntatis ex  
Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, si-  
ne quo nihil possumus.

Concil. Arausican. II. Canon, 6, si quis sine gra-  
tiâ Dei, credentibus, & volentibus, misericordiâ  
dicit conferri divinitus, non autem, ut credamus,  
velimus &c. per infusionem Spiritus S. in nobis  
fieri confitetur, & aut humilitati aut obedientiæ  
humanæ subjungit adjutorium gratiæ, nec ut  
obedientes & humiles simus, ipsius gratiæ donum  
esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid ha-  
bes, quod non accepisti: item: Gratiâ Dei sum.  
quod sum.

August. l. i. de gratiâ Christi contra Pelag. &  
Cel. Discere à Deo aliud est secundum gratiam:  
aliud secundum legem: De illo Dominus ait Joh,  
6. Omnis, qui audivit à Patre meo, & didicit, ve-  
nit ad me. Qui ergo non venerit, profectò nec di-  
dicit. Quis autem non videat, & venire quen-  
quam & non venire arbitrio voluntatis: sed hoc  
arbitrium potest esse solum, si non ve-  
nit: non autem potest nisi adiutum esse,  
si venit.



duntur alia: e. e. à iudicii coram tribunali Christi universalitate in v. 10. n. 12. item ab ingenti talis scandali periculo quia sc. fieri potest; ut hac ratione pereat ille, pro quo Christus est mortuus, & ita pravo nostræ libertatis usu destruat opus Domini. Cujus argumenti pondus, egregiâ paraphrasi expressit Chrysoſtomus: ἡ ἐδὲ ποσὶς ἀξίον εἶναι ἡγήσασθαι τὸν Φὸν, ὡς μηδὲ διποχῆ βρωμάτων ὠνήσασθαι τὴν αὐτὴ σωτηρίαν. Χριστὸς μὲν ἐδὲ δὲ ἀλλ' γενέσθαι, ἐδὲ διποθανεῖν παρητήσασθαι οὐ δὲ οὐδὲ βρωμάτων καταφρονεῖς ἵνα αὐτὸν ἀφίσσῃς πάντως ἐμελλε κερδαίνειν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὁμως ὑπὲρ αὐτὸ πρὸ αὐτῶν πληρώων. Applicetur hic resolutio Calviniana distinctio inter possibilitatem naturæ & divinam custodiam apostolica illatio. Si enim nec unquam peribit, nec Χριστὸς ἀπέθανεν E. nec positâ scandali hypothesi, & sic sublato per impossibilitatem antecedentis, solvitur Apostoli argumentatio. Obj. respectu ad naturam. B. Aut illa aliquando peribit, & sic Christum pro quibusdam qui pereunt, verè esse peribit: aut non exit, nec per custodiam divinam argumentationis Apostolica robur pariter infringitur, & illud negatur, vel contradictoriis credendis Christi.

S. 13. Obj. illud in v. 4. B. quid inde? Resp. illa verba, quamvis à Deo, quamdiu occasione non contingat, ita ut excutiat etiam illam sententiam, qui proinde non sit à nobis iudicandum: id volunt: scandali autores aliquo respectu nec perduntur, nec perire possunt. Resp. Distinctè exprimit Sp. S. objectum exitii, ponit enim 1. exitii, ponit enim 1. חילך 2. עבר לה 3. ipsum passivum מרע דמטלח מות משיחא: sed & accuratè note.

